

Geographica antiqua

Jacobus Gronovius, Scylax (of Caryanda), Agathemerus, Isaac Vossius, Jacques Le Paulmier, Samuel Tennulius

UNIVERSITY OF MICHIGAN
HENRY VIGNAUD
LIBRARY

Google

Digitized by Google

G
87
.A1
G88

Digitized by Google

37 Qu

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

38752 Mr Walckenaer.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

GEOGRAPHICA ANTIQUA,

HOC EST:

SCYLACIS

Periplus maris mediterranei.

ANONYMI

Periplus Mæotidis paludis & Ponti Euxini.

AGATHEMERI

HYPOTYPOSIS GEOGRAPHIÆ

Omnia Græco-Latina.

ANONYMI

Expoſitio totius Mundi Latina.

CUM NOTIS

ISACI VOSSII, JAC. PALMERII, SAM. TENNULII.

Edente

JACOBO GRONOVIO,

cujus accedunt emendationes.

LUGDUNI BATAVORUM

Apud JORDANUM LUCHTMANS, 1697.

Digitized by Google

Digitized by Google

Vignaud
3-31-27

Illustri, Amplissimo & Eruditissimo

VIRO

HENRICO de BLEYSWYCK,

J. V. D. summis honoribus apud Delphenses functo & hinc Delegatis Hagæ Ordinibus adscripto, Societatis Indicæ Moderatori, studiorum fautori & cognitori peritissimo

Jacobus Gronovius S. P. D.

QUum præterito anno LXXIII spatium maris inter Barcinonem ac Massiliam sic transmitterem, ut semper litora in conspectu haberem, & statis horis succederem terræ, potui & didici concipere felicitatem veteris Græciæ. Illa ubi primum intellexit nobilem

iſtam & liberam mentem non poſſe terminis ullis coerceri, hoc beatitudinis genere ſe ſuccinxerat, ut & in terra ambulare & in mari navigare pro lubitu poſſet. Sed eadem in proximas ſemper oras quoque dimittendis coloniis, & Majoris Græciæ nomine ad alterum latus collocato, & verſus ſeptentrionem Boſporis ita occupatis, ut quicquid ibi agerent ac loquerentur homines, Græcum eſſet, hoc ſibi confecerat, ut extra ſeſe contemplari nitoris ſui elegantiam poſſet. Ad cujus ſpectaculi dulcedinem quis non Athenienſium aliquando evolavit remis veliſque? Sed procedente potentia paulatim ad proſpectum mediterranei maris illecta eadem natio, omnes ſinus ac promontoria ejus inſedit & cinxit: & licet æmulatio inter ejus regiones ac potentiæ certamen incenderet frequentia bella de obtinendo maris imperio, utique tamen conſpiratio omnes una & eadem tenuit, ut ne voluptas publica circumnavigandi ejus turbaretur. Nec id tantum deliciarum causâ, quum & iſta navigiorum geſtatio lenis eſſet, ideoque mallent plurimi navigatione uti, quàm itinere terreſtri. Cupiditas diſcendi & percipiendi *Qualis & hæc docti ſit poſitura Dei*, adegit meliorem hominum partem, ut & ipſi committentes vitam

ſuam ligneis muris jucundum hoc inventum ambulandi per aquas experirentur. Sed & poſtquam tentaverant, cupiverunt ad ſuos exponere vel ipſa intervallorum ſpatia vel rerum per eos curſus occurrentium proprietates, ſi quæ erant vel in fluxu maris, vel in natura litoris, vel in elegantia accolarum, prout quique ſtudioſe litora ſua luminibus urbium aut privatorum ædificiorum diſtinguere properabant. Placuit recenſere promontoria trium continentium in id incurrentia, circumflexa hìc molliter, ibi periculoſius immiſſa, vel ſinus modo pronos, modo leni anfractu incurvos. Sed præſertim ut ipſi circumferentes Græciam, ejus ornamenta paulatim ubique figerent, ac ΠΟΛΕΙΣ ΕΛΛΗΝΙΔΑΣ non in Europa tantum, ſed Aſia quoque & Africa audirent. Quid multa? imo ut geographiam potiſſimum diſcerent ex mari, tanquam proverbiali & veridica locutione jactantes τὴν θάλασσαν γεωγραφεῖν τὰ πλεῖστα.

Hinc tot libellos ſingulari periplων appellatione inſignes quondam inter curioſa ſtudiorum inſtrumenta expoſuit ſupellex Græca, quorum nihil ad nos niſi ſola ipſa vox & auctorum nomina & tenuia fragmenta pervenit. Menippos velis an Leones vel Apollonidas vel Nymphodoros & multos alios numerare. Neque enim vel unus vel pauci fuerunt,

quum & ipſum tempus varia proderet, nec attentio univerſorum ad eandem rem ſe adverteret. Verum evanuerunt omnes, & non quaſi in Seriphias exilii anguſtias & preſſum turba æſtuarium miſſi latitarent, ſed ſcopulo impacti ſubmerſique fuiſſent, ita obſcurum illum æternæ perniciei fundum petiverunt. Quæ ſpeciminis inſtar nos ſolantur, exiguæ ſunt partes, in quas inſpexit quondam Arrianus, eæque vel in extremis ad boream receſſibus vel prorſus extra mediterraneum mare. Hujus circuitus quum in terris fuerit velut via quædam lactea, & innumeris immenſiſque olim effulſerit ſideribus, id vero eſt, quod ego jucundiſſime circare, & ſimul peragrare, ſoleo. Ad quam rem quum nullus adſpiret mihi adeo amœnam auram, nullus inter rupes & promontoria & vada tam molliter me deducat quam Scylax, potes opinor colligere, Vir Ampliſſime, illum in deliciis mihi præcipue fuiſſe. Illo gubernatore lætus aliquoties conſcendi, & quamvis non ἑβδομήκοντα πλόας ὑπὲρ τὴν Μαλέαν, ut ille Flavius Zeuxis, fecerim, at certe & Cyaneas & Syrtes & Chelidoniarum ſtrepitus aliquoties cum timore licet acceſſi. Cujus navigationis meæ quum exſtare documentum optarem, divinitus accidit, ut & raritas exemplarium, & typographi deſiderium, & poſtremi edito-

ris

Digitized by Google

ris vana tandem post longissimam dilationem frustratio, etiam ratio loci mei huc rem compulerint, ut confieret. Sic nosti sæpe evenire, ut ipsum Tempus agat rem.

Verum ut decentius in hoc negotio versarer, in circumspiciendo sollicitus fui, cui & rerum ipsarum & hujus temporis & hominum, ad quos pertinebat ea causa, perito tanquam venerando censori rationem istius vitæ meæ, quam occupavit hæc cura, redderem. Tu autem, Vir Summe & Eruditissime, primus & ultimus, hoc est unicus, mihi semper obvenisti, cui se cogitatio & propensio mea agglutinaret. Nam quum honores in patria gesti jam per sæcula sicut titulorum multitudinem nomini stemmatique tuo suppeditantes perinde ut ab eodem exornati, te quoque conspicuum & reverendum ex alto præbeant; tum Musarum contubernio, quod perpetuo dilexisti, in oculos & linguam eorum omnium, qui easdem amant, delatus singulari quodam splendore emines; & dum in sermones de studiis venire non detrectas, calidos & acres ingentis cujusdam sublimitatis & notitiæ radios in colloquentium pectora inserens, dimittis eos quadam superfundente se vel lætitia vel admiratione defixos. In quibus quum & ipse censear, & multos, quos familiaris-

simos

ſimos habeo, numerare poſſim; accedit ea ratio, quod unus ſuperſtes (& utinam diu!) maneas, qui vel noviſſima editione occupatum Voſſium, vel deinceps & noveris, & ex animo quod res eſt pronuntiare queas. Quod unum precor, ut abs te liceat mihi contendere.

In eo namque difficilis mihi hæc cauſa eſt, quod quum anno XXXIX hic Scylax ederetur, quò honori Salmaſiano lenocinium fieret, & Scylacis hæc opera ad ætatem ſatis decoram eveheretur, poſtea anno LVIII editæ ſint notæ ad Melam, quæ per omnium novem Muſarum horrores memoriam Salmaſianam cum multiplici doctrinæ offenſa damnarent, & præſertim cum objurgatione Græcorum poſteriorum hunc periplum cujuſvis potius eſſe perſuadere velint quam Scylacis. Quorum prius unaquæque pagina effectu probare conatur, nec ad nos pertinet: poſterius in promiſſione ſecundarum curarum hæſit huc uſque, ut multa alia, quibus æquales ſuos eximie deluſit. Hinc quò non depreſſum fuiſſet hoc opus, ſi intra quadraginta annos, quibus deinde ſupervixit, ſecundas ejus curas nanciſci potuiſſet? Certe hæc diu oportuit cocta fuiſſe in Voſſiana domo, adeo ut etiam perſuaſerit patri, qui in Hiſtoricis propterea Græcis huc veni-

re ſuſtinuit, ut, opinor, ex ingeſtu filii ſcriberet aliquem ante ſæcula non ita multa feciſſe hoc compendium, quod ipſe perinde ac filius Iſaacus tantundem intelligerent, fortaſſe temporibus demum Cæſaris Conſtantini Porphyrogennetæ, quo regia auctoritate ex præſtantiſſimis ſcriptoribus laudabilia excerpi ſolent. Quæ omnia & ſingula ego conſiderans, pravas de Græcis ſuſpiciones facile illius viri conſuetudini donare potui, & ad varia attendens multis partibus malui gratulari invento & edito per Davidem Hœſchelium Scylaci, quam temere inſultare illis, quos non noveram peccaviſſe. Jamprimum quum nudam in eo ac deſertam contemplarer Hiſpaniam, Carthaginienſium imperia nulla ibi agnita, ſolummodo in quibuſdam litoris partibus nonnulla eorum emporia, nequivi imaginari id adeo ſimpliciter narratum celare fraudem, ſi nihil aliud, quia res tanti non erat; atque unde colligere malui ætatem hujus ſcripti excedere ultra Carthaginienſium in Hiſpaniam expeditiones, ac præſertim Barcæ Hamilcaris tempora, quæ conſtat poſt bellum Punicum primum fuiſſe. Rurſus quod Brundiſini oppidi gloriam ex continuo trajectu in Epirum ne tangat quidem, nullam in eo calliditatem ſupponere potui, atque adeo collegi ante Roma-

notum potentiam ad eos tractus extensam conscriptum. Porro quod Lysimachia nulla illi nota, etiam Antiochia Syriæ, etiam Thessalonica, contra Olynthus nondum eversa, etiam Thebæ adhuc τεῖχος tantum; nullam potui in eis odorari astutiam, & hinc non modo ante vel successores, vel Alexandrum ipsum, sed etiam ante Philippum (præsertim ne Pella quidem gloriose nominata) etiam ante Epaminondam florentem & Thebas erigentem suspicari scripta. Quid quum nondum ex Adria circa Padum ejectos scribat Tyrrhenos, unde postremos ab Senonibus expulsos testatur Polybius: an id fraudulente etiam ab Græculi posterioris ingenio interpretabimur? Hinc crescente vigenteque Lacedæmoniorum potestate evincitur hic libellus compositus ab Scylace seu vero, seu assumpto illustri nomine, ut non in omnibus ei convenire cum fragmentis, quæ ex veteri Scylace citantur, vix sit causa, quam mirari admodum sit necesse; & utique initium Troadis post Abydum statuitur in hoc scripto, prout ex Scylace Caryandensi notavit Strabo. Invitus enim adspexi Vossium patrem scribentem [cumque eidem Straboni lib. XIII Scylax dicitur initium capere Troados ab Abydo. In quo abitur ab Scylace, quem habemus. Nam hic incipit eam a

Dar-

Dardano] ubi ſe miris modis innectit. Quid enim clarius dici poteſt, quam habet noſter Scylax? Præmittit ille Ἄβυδος, καὶ τὸ ςόμα κατὰ Σηςὸν τῆς Προποντίδος τοῦτό ἐςι: hinc pergit ἐντεῦθεν ἡ Τρωὰς ἄρχεται. An ἐντεῦθεν non eſt ἀπὸ τῆς Ἀβύδου καὶ τοῦ ςόματος? an quia Dardanum primam Troadis vocat, ideo ab ea illam incipit? Decidant loquutionem priſcam ſcholia Apollonii Rhod. lib. 1, 1115. ἡ δὲ Τρωὰς ἀπὸ Μυσίας ἀρχομένη τῆς μεγάλης. Itaque incipit regio non ab loco, quem primum ſuum numerat, ſed quem extremum & maxime vicinum agnoſcit in alieno, ut facit noſter quoque Scylax. Utique Cius fluvius etiam in eodem agnoſcitur, prout Iſ. Voſſius ad hanc rem produxit Scholiaſten Apollonii Rhodii ad librum primum, inter teſtimonia, & rurſus in notis. Sane etiam ab iſta novitate tuentur eum Ἐκεχειριεῖς ad Pontum Euxinum, indubitata vetuſtatis nota; de quo genere eſt, quod Chalcedona nominat, non Byzantium. Hunc igitur ſcriptorem ab doctiſſimo Hœſchelio editum quum ſtudioſiſſime & legiſſet maximus Salmaſius & in ſcriptis adſidue produceret ad aliquid in eo docendum ac molliendum, & hinc ſine dubio in familiari ſermone frequentiſſime oſtentaviſſet alacri juveni, Voſſius aggreſſus eſt ita, ut judicaret fœdam paginam eſſe, quæ non illo laudatiſſimo

 nomi-

nomine effulgeret. Unde quum multa feliciter ageret, non potuit tamen tanta esse faustitas, ut aut omnibus occurreret, aut in omnibus, quæ tangeret, bene provenirent cogitata. Hinc certatim illius libri usu succinxerunt operas suas tum quicunque χαρίεντες, tum præsertim Cluverius passim quoque adductus ab Vossio, tum postea Holstenius, Bochartus, Palmerius Grentemesnilius. In quibus hic adeo amavit Scylacem, ut quæ in illo notaverat, non judicaverit satis esse, si semel in Exercitationibus legerentur. Repetivit igitur quæ potuit in volumine de Græcia Antiqua; imo & juvit eum corrigere, quæ jam correxerat Vossius non modo filius, sed & quod in Suida observaverat pater Gerardus in Historicis Græcis, debuit quoque conspici pag. 11. Ita scilicet oportebat fieri. Bochartus religiose observat, ne quem locum advocandi Scylacis prætermittat, & ubi res flagitat, manum quoque instaurantem admovere non cunctatur. Holstenium quantopere oblectaverit, nuper contigit videre, quum postuma ejus hic vel Romæ ederentur; qui vel solâ Cestride regione in Illyriis restitutâ æquiparat omnium ingenia.

Post hos & tales viros an accedere debuerim, tuum, Vir Amplissime, judicium facio. Equidem

dede-

dederam in Stephano & Pomponio ſpecimina, & tum Japida Megaridis Atticæque terminum repoſueram, tum in Adrumeto & ſinu Cercinite patebant curæ meæ pignora. Alia non minoris momenti putabam penes me habere, quæ diutius premere non patiebantur illa tria, quæ enumeravi ſupra. In qua parte ſi cenſendi locus mihi quoque relinquatur; aut potius apud te profitendi, quam non temere ad hanc editionem proceſſerim, vel ſi nihil præter unum iſtud ἀκρωπηρεῖν in pagina XL proferri à me potuiſſet, certe ſic adiutus Scylax denuo ſe oſtendi cupiviſſet in loco, ubi tantopere laborabat, & in integrando fatiſcunt duo heroes, ignotaque eſt Græcia, & truncatur vocabulo, quo antiquitus & forſan frequenter uſa fuit. Id abhinc exſtabit. Ne dicam hoc verbum eſſe, quod valido quaſi tormento profligat illas ſuſpiciones de propinqua nobis ætate hujus ipſius Scylacis; ad quam cauſam non levius molimentum præbet Dicæarchus, qui conſpectas ſane & notabiles partes excerpſit ex hoc ipſo Scylace; cui ſpero hac vice à me ſatisfactum eſſe.

Ne Voſſiani laboris primitias ullo genere delibarem, Periplum Ponti Euxini & Mæotidis paludis, nomine ſcriptoris & capite ſpoliatum, Scylaci adglutinatum reliqui. Hæc una, opinor, ſatis juſta

causa erat procedendi per eadem vestigia. Sed tanto libentius ita feci, quia non dubito hoc scriptum fuisse, quod cogitationem primam de edendo Scylace subjecerit & impulerit. Nam eo ipso anno, quo typi significant prodiisse volumen, cui præfuit Vossius, nempe XXXIX; id ab se descriptum ille ipse Vossius in adversariis chirographo suo adnotavit, ut pariter illud acceperit ab Salmasio, pariter fervor publicandi incesserit. Hic enim ille fons est, ex quo manavit ista *Marciana Trajani uxor* pag. 160. ista mentio *sinus Carcinitidis* pag. 149. istud τῆς Βοσπόρου pag. 157 bis positum, quasi quod Grammatici observant de vocibus τάρταρος & ἰσθμὸς, & quidem ex Pindaro, dilatare vellet ad hanc quoque vocem: aliaque, quæ præterire malui, quam notulis figere, quarum copiam sane non amo. Utinam ille potuisset quædam non scribere! Nihilominus ut id scriptum in hoc acervo legi vellem, necessitatem quoque attulerunt singularem ipsi hi dies. Nam quum in eo non tantum appareat facile cuicunque legenti latitare versiculos & levi musa elaboratam quandam verborum seriem; sed ipse literarum Rex Scaliger in epistola id significaverit; non defuit Vossius huic ejus magni viri indicio, quin ex versiculis digestis & demonstratis faceret notas, atque gradus pedes-

que

que plurimorum produceret ostentaretque. Immo hinc progrediens etiam ex Scymno Chio petitos esse monuit. Unde quæ absurditas illa fuit nuperorum Romanorum, sive Stephanum Gradium respicias, sive Carolum Moronum, ut ante annos XII in hac urbe voluerint edi fragmenta Scymni Chii sub ea venditatione, quasi quæ essent *hactenus non edita?* quum ante annos triginta in vicinâ Amstelodamo eadem evulgata essent in volumine, quod ab quolibet studentium quotidie terebatur, certe teri supponebatur. Nec modò voluerint edi; sed quod monstro simile est, etiam edita sint, nec puduerit jactitari eadem hoc titulo ipso. Hæc tum vidì, ut fatear verum, cum magno meo risu, qui non fui adhibitus ad illam rem, a qua maxime abhorreo, qui ita sæculo & stultitiæ publicæ imponere non didici. Certe enim omnia, quæ illic proferuntur tribus magnis paginis 374, 376, 378. in hoc libello quisquis contulerit, inveniet: adeo ut ferme credat ea concinnavisse Holstenium ex hoc ipso scripto. Id enim quum in Palatina bibliotheca versaverit Salmasius, ita volentibus fatis transgressum esse novimus in Vaticanam, cui ille præfuit. Certe & idem hiatus, qui ab Vossio deprehenditur pag. 134 post vocem ἐπέχοντα, est etiam in Holstenianis Scymni Chii. Hoc tantum interest,

quod

quod Holſtenius acutior Voſſio potuerit verſus plures annumerare. Et ſic tamen reſtare deprehendas, quos neuter animadvertit. Interim omnia adminiſtrantur ad hunc modum, ut ſatis lepidam varietatem in plurimis cognoſcat, quiſquis ſingula inſpexerit. In quo illud contigit ſane ridiculum, quod & Voſſius pag. 137 agnoſcat τέλαν incolentes Scythas, nec minus eandem loci appellationem evulget Holſtenius pag. 379; uterque etiam in Latinis fideliter exprimentes. Sic quum agatur, editur tamen in Holſtenianis Caſtigationibus Stephani pag. 335. [τέλα *legitur corrupte in deſcriptione Ponti Anonymi manuſcripta*] Utique nequibat ignorare Holſtenius, hanc Anonymi deſcriptionem ab Voſſio eſſe editam, nec debuit Anonymi vocare ea verba, quæ ipſe viderat eſſe Scymni Chii. Iſta autem hujus Scymni fragmenta ſic conglutinata quando contigerit Salmaſio nanciſci & foliis illis potiri, audire placet ex epiſtola Iſ. Caſauboni CCCCCXVIII, qua ad Salmaſium ſcripta libet exornare hanc præfationis partem.

ACcepi nudius quartus, quas anni novi Kalendis ad me dederas. Accidit mihi eas legenti, quod nunquam non quoties aliquid a te accipio literarum: ut a tuarum lectione doctior ſemper diſcedam. Nam de Peri-

plo

plo Mæotidis quam mihi gratum illud acroama fuiſſe cenſes? quum præſertim auctoris nomen ſimile quid polliceatur iis Periplis, qui jam ſunt editi. Itaque te hortor atque adeo obteſtor, ut opus integrum tibi deſcribas, & tantum theſaurum tibi perire ne ſinas. Ubi ad nos redieris, ſperamus ejus inſpiciendi libri fore aliquando nobis copiam. Neque enim te fugit eo genere argumenti ſemper nos eſſe delectatos. Poteras cum Stephano tuo eum ſimul edere, niſi te graviora, ut video, tenerent occupatum. De epigrammatis mira ſunt quæ narras. etſi equidem non dubito ita eſſe, uti ſcribis. Opto tibi ſic læta omnia, ut brevi omnia, quæ meditaris, perficere ex animi ſententiaqueas. Ego certorum hominum ἀβελτηρίᾳ *multis repente calamitatibus obrutus animum pene deſpondi* ταῖς καλαῖς Μούσαις ἀποταξάμενος. *Deus, ſpero, mihi meisque aderit, quos multiplex fraus & iniquitas nonnullorum proxime inopiam redegit. Vale optime & eruditisſime Salmaſi. Lut. Pariſ.* IV. *Eid. Feb.* CIↃ IↃC VIII.

Poſt hos Agathemero ut ſæpe vacaverim, ſollicitavit ejus laborioſa affatim pro iſtorum temporum captu diſciplina initiandi primas geographi operas; ne dicam interim prodi quoque talia, quæ vix apud alios invenias, certe fruſtra quæras. Ea igitur ratio me inſtigavit, ut tertium in hoc corpuſculo darem ei locum, ſimul & rarus conſpe-

 ctus

ctus in officinis librariis, quum tamen ejus quoque notitia non ſit ſine aliqua commoditate. Unde præſtiti penſum familiæ debitum, quum avunculus meus feliciter ſatis illum producendo in publicum ſervaviſſet; ſane ad hanc cauſam, ut frequens ubique exſtaret. Quin etiam ſatis ſuperque videbatur peccatum, quod per triginta annos ex hoc auctore oſtentaretur vel Τοϱίασον & ex indice *Toriaſumpromontorium*, vel planta pulli equini in Sardiniæ ſimilitudinem ficta: & ſimilia, quæ ſpuria & incognita ut denique verum & genuinum exciperet, maturum tempus licite opinabar veniſſe. Etiam data erat occaſio inſpiciendæ partis ex alio veteri codice deſcriptæ, unde vel acceſſione vocum vel immutatione licebat nonnihil præſidii afferre. Plurima tamen attingere nolui, quum à multitudine notarum abhorrerem & pro jure hereditario ſatius ducerem, ſi ipſam interpretationem, quæ ſane poterat eſſe concinnior, ex decoro adjuvarem & inſtaurarem, prout quoque conatus fui.

Ut priora ſtare poſſe opinor judicio tuo, cujus ſubtilitati ad laudem genitus es; ita pergo ſignificare denique me putaviſſe illis acceſſionem commodam futuram eſſe in Expoſitione, ut appellatur, totius mundi & gentium, idque Te, Vir doctiſſime & harum rerum exſequentiſſime, pro-

probaturum ſpero. Anteceſſerat videlicet non invenuſtum Salmaſianæ induſtriæ & fortunæ ſpecimen. Ut alterum hoc ſequeretur, ſororia prorſus neceſſitudo, quam & materia & ſervator inducebant, flagitabat. Prius erat Græcum, hoc Latinum; utque illud Voſſio conceſſit publicandum, ita hoc poſterius ſubminiſtratum ab Jureto multorum talium poſſeſſore & doctiſſimo viro, ipſe commiſit Jacobo Gothofredo. Hic autem ſingulari laboris genere frui optans, non modo notis adjuvare intelligentiam ejus ſcripti voluit; ſed quum jure ſibi imaginaretur eſſe Græci opuſculi interpretationem, ex ſe revocare tentavit Græca, eaque denuo in Latinum transfudit. Quo utroque delectari voluiſſe eum non vitupero; ſed publice inde venire aliquod emolumentum non video. Nam neque hic libellus legi debet Latinæ linguæ gratiâ, & ſententia ejus tamen ſic aperta eſt, ut per illas tranſlationes plane non fiat clarior. Interim hæc ratio agendi iſtam invexit moleſtiam, quod nonnullos in his quoque terris deceperit, qui Græca illa pro antiquis adſpicientes, illepide & ridicule citarent inde partes ad linguæ illius doctrinam probandam, quorum infelicitati parco. Propterea hanc ſarcinam ut nimis tædioſam & periculo mixtam & plane non utilem gravans

hinc abegi, ipſum ſolum vetus exemplar edere dignatus, quia & dignum eſt, ut noſtris cognoſcatur, & continet nonnulla, unde egregie illuſtrari antiqua poſſint, quod dies docebit. Etiam Geographus Ravennas nuper à me his terris crebrior immiſſus hanc laciniam trahere videbatur. Sed & ita egi tanto juſtius, quod multa in eo occurrant longe aliter tractanda, quam fecit Gothofredus. Ad quam rem exemplo poſſunt eſſe verba pag. 258. *Habes ergo omnem Ægypti regionem coronatam fluvius, qui ſic vocatur Nilus.* Nihil facilius occurrere legenti poteſt, quam ut corrigat *fluvio*, ut facit quoque Gothofredus, etiam in Græcis dicens πᾶσαν Αἰγύπτου χώραν, ἐστεφανωμένην ποταμῷ, quum tamen ſatis ex vetere ſcriptura pateat auctorem ſcripſiſſe: *Habes ergo omnem Ægypti regionem. Coronat eam fluvius.* Sic monſtrum eſt pag. 261. *In contemptu ſemen ſolus populus Alexandriæ*, quod non minus monſtroſe vertit ἐν ὑπεροψίᾳ σπορὰ μόνος, vel μόνον, ὁ λαὸς τῆς Ἀλεξανδρείας. At voluit auctor *In contemtus enim ſolus pop. Al.* Satis conſtat nullum populum ſic ferocem & loquacem fuiſſe. Vel *in contemtus eminet*, ut alibi *Cæſarea in multa eminens.* Sed tetrius monſtrum hæret 265. *Dirracium enim propter habitantium malitiam ado (magis vero ut dicunt) deſcendit & non apparuit.* Ita quum legat vetus ſcriptura, pa-

ren-

renthesi tamen per editorem interposita, Gothofredus illud *magis vero* in margine intelligit *vero propius*. Hinc Græce exprimit τὸ Διῤῥάχιον (Græci non nisi Δυῤῥάχιον agnoscunt) γὰρ διὰ τὴν τῶν οἰκούντων πονηρίαν παρὰ θεοῦ (μᾶλλον τοῦ ἀληθοῦς ὡς λέγουσι) διήχησεν, καὶ οὐκ ὤφθη. Quis audivit illam parenthesin istud significare? & cur in Latinis eam ita mutavit *id enim vero similius dicitur?* Certe si credit ita Græce scriptum fuisse, non debuit ita in Latinum trajicere: neque enim hæc sibi respondent. Præterea si id vero similius, quæ alia tum fuit narratio minus similis vero? Itaque patet imperfecta agendi ratio, ut verissime restituat sententiam Pater, *Dirracium enim propter habitantium malitiam à Deo maris versa, ut dicunt, descendit & non apparuit*, hoc est Græce, ἠφάνισται. Gentiles illos tunc etiamnum fuisse innuit, & Neptunum ἐννοσίγαιον inscripsisse isti cladi. Tale, quod pag. 256 de Nisibi & Edessa scribit *quæ in omnibus viros habent optimos, & in negotio valde acutos & bene nantes præcipue*. Non aliter ac si ita interpretatus fuisset nummos illarum urbium, in quibus sæpe excuduntur Genii illarum, ad quorum pedes apponuntur fluvii præterlabentes in figura hominis natantis, ut passim videre est. At Gothofredus intelligit *navigantes*, quasi utique Mesopotameni ad Persas & Indos navigaverint commercandis eorum mercibus: unde interpreta-

tur & πλέοντας. Et tamen de eorum navigationibus nihil ostendit. At vera restitutio flagitabat *& venerantes præcipue*. Fuerunt enim superstitiosi; & id solet annotare, ut in Ægypto *viros similiter nobiles, Deos colentes eminenter*: ut in Libya habet *pios & prudentes*.

Et ista est conditio ac ratio harum veteris Geographiæ memoriarum; quam lætor, quum coram te, Vir Consultissime, ita simpliciter edidi, simul etiam licuisse junctim admiscere, qua tractatione & cura hanc literaturæ nostræ partem exercuerim. Quæ qualiscunque est, certe ejus quidem me nullo modo potest pœnitere. Nam vel tot præstantium hominum vestigia relegi, unde semper dulcis quædam admonitio incedentem reficit ac delectat; vel quia mihi conscius sum temporis ac laboris bene & hilariter impensi. Quod si tamen vel utrumque hoc vel alterutrum abesset; nihilominus placerem mihi vel istorum libellorum causa, quos amo, & per quos ad inquirenda alia sæpe instructus ac formatus sum. Verum gratissima erit hæc recordatio, & frequenter ad eadem attentius revisenda incendar, si in his potuerit aliquid esse, quod tuo judicio se commendare possit. Ego quidem testor ita me scripsisse, quasi tibi scriberem, Viro in primis Batavici nominis, & in pensitandis bene scriptis intel-

tel-

telligenti & uni ex reliquiis aurei sæculi residuo: unde & cavi, ne quid mihi excideret ab illa utiliore ac delectabili doctrina alienum locoque meo indignum; & superjacere fortunam præcedentium atque ornamenta disciplinæ nostræ ampliare tum speravi, tum conatus fui. Sed nosti non semper adesse nobis Herculea tela. Quare si antiquitatem satis profunde investigare nequivi; at satis juvabit me, si per hæc agnoscar investigavisse viam reverentiæ erga te meæ declarandæ & confirmandæ. Vale, Amplissime & Gravissime Vir, diuque & studiis & patriæ & nomini tuo publice privatimque felix vive. Lugduni a. d. XVII Calend. Februar. cIɔ Iɔc xcvii.

TESTIMONIA VETERUM DE SCYLACE.

Herodotus Melpomene.

Τῆς δὲ Ἀσίης τὰ πολλὰ ὑπὸ Δαρείου ἐξευρέθη. ὃς βουλόμενος Ἰνδὸν ποταμὸν, ὃς κροκοδείλους δεύτερος οὗτος ποταμῶν πάντων παρέχεται, τοῦτον τὸν ποταμὸν εἰδέναι, τῇ ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ, πέμπει πλοίοισι ἄλλους τε τοῖσι ἐπίστευε τὴν ἀληθείην ἐρέειν, καὶ δὴ καὶ Σκύλακα ἄνδρα Καρυανδέα. Οἱ δὲ ὁρμηθέντες ἐκ Κασπατύρου τε πόλιος καὶ τῆς Πακτυϊκῆς γῆς, ἔπλεον κατὰ ποταμὸν πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς εἰς θάλασσαν. Διὰ θαλάσσης δὲ πρὸς ἑσπέρην πλέοντες, τριηκοστῷ μηνὶ ἀπικνέονται ἐς τοῦτον τὸν χῶρον, ὅθεν ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς τοὺς Φοίνικας, τοὺς πρότερον εἶπα, ἀπέστειλε περιπλώειν Λιβύην.

Aristoteles Polit. VII. cap. XIV.

Ἐπεὶ δὲ τοῦτ᾽ οὐ ῥᾴδιον λαβεῖν, οὐδέ ἐστιν, ὥσπερ ἐν Ἰνδοῖς φησι Σκύλαξ, εἶναι τοὺς βασιλέας τοσοῦτον διαφέροντας τῶν ἀρχομένων, φανερὸν ὅτι διὰ πολλὰς ἀναγκαῖον πάντας ὁμοίως κοινωνεῖν τοῦ κατὰ μέρος ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι.

Strabo lib. XIII.

Σκύλαξ δὲ ὁ Καρυανδεὺς ἀπὸ Ἀβύδου ἄρχεται τὴν Τρωάδα.

Idem

Idem lib. XIV.

Εἶθ' εὐθὺς ἡ Μυώδος λιμένα ἔχουσα, καὶ μετὰ ταύτην Βαργυλία καὶ αὕτη πόλις. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Καρυάνδα λίμνη καὶ νῆσος ὁμώνυμος ταύτῃ, ἣν ᾤκουν Καρυανδεῖς. Ἐντεῦθεν δ' ἦν καὶ Σκύλαξ ὁ παλαιὸς συγγραφεύς.

Harpocration.

Ὑπὸ γῆς οἰκοῦντες, λέγοι ἂν τοὺς ὑπὸ Σκύλακος ἐν τῷ περίπλῳ λεγομένους Τρωγλοδύτας, καὶ τοὺς ὑπὸ Ἡσιόδου, ἐν τρίτῳ καταλόγου Κατουδαίους ὀνομαζομένους. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ ὁμονοίας.

Marcianus Heracleota in Epitome Artemidori, & Menippi.

Οἱ μὲν μερῶν τινῶν, οἱ δὲ τῆς ἐντὸς πάσης θαλάσσης, οἱ δὲ τῆς ἐκτὸς περίπλουν ἀναγράψαντες. Οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ Σκύλαξ ὁ Καρυανδεὺς, καὶ Βοτθαῖος. Οὗτοι δὲ ἑκάτεροι διὰ τῶν ἡμερονυκτίων, οὐ διὰ τῶν σταδίων τὰ διαστήματα τῆς θαλάσσης ἐδήλωσαν. Sic puto legendum.

Philostratus in vita Apollonii Tyanei lib. III. cap. XIV.

Σκιάποδας δὲ ἀνθρώπους, ἢ Μακροκεφάλους, ἢ ὁπόσα Σκύλακος συγγραφαὶ περὶ τούτων ᾄδουσιν, οὔτε ἄλλοσέ ποι βιοτεύειν τῆς γῆς, οὔτε μὴν ἐν Ἰνδοῖς.

In voce Καρύανδα apud Stephanum.

Καρύανδα πόλις καὶ λίμνη ὁμώνυμος, πλησίον Μύνδου, καὶ Κῶ. Ἑκαταῖος Καρύανδαν αὐτήν φησι. Τὸ ἐθνικὸν Καρυανδεὺς ὡς Ἀλαβανδεύς. Ἐντεῦθεν ἦν Σκύλαξ ὁ παλαιὸς λογογράφος.

Scholiastes ad I. lib. Apollonii Argonauticon.

Κίος πόλις Μυσίας, ἀπὸ Κίου τοῦ ἀφηγησαμένου τῆς Μιλησίων ἀποικίας, ὡς ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ἐν Κιανῶν πολιτείᾳ. Κατῴκησαν δὲ αὐτὴν πρῶτον Μυσοὶ, ἔπειτα Κᾶρες, τρίτον Μιλήσιοι· καὶ ποταμὸς δὲ ἐστιν οὕτως ὀνομαζόμενος τὴν Μυσίαν περιρρέων, οὗ μνημονεύει Σκύλαξ ὁ Καρυανδεύς. περιρρέει δὲ καὶ τὴν πόλιν ὁ ποταμὸς οὗτος.

Idem ad lib. IV. Apollonii.

Τοὺς Νεσταίους Σκύλαξ φησὶν ἔθνος Ἰλλυρικόν. Ἀπὸ τούτων περίπλους ἐστὶν εἰς τὸν κόλπον Μάνιον. Sic legendum.

)( )( )( )(

Con-

Constantinus Porphyrogenneta in Themate Armeniaco.

Οὔτε γὰρ Στράβων ὁ Γεωγράφος τῆς τοιαύτης ὀνομασίας ἐμνήσθη, καίτοι Καππαδόκης ὢν τὸ γένος, ἐξ Ἀμασείας τῆς πόλεως, οὔτε Μένιππος, ὁ τοὺς σταδιασμοὺς τῆς ὅλης οἰκουμένης ἀπογραψάμενος, οὔτε μὴν Σκύλαξ ὁ Καρυανδηνὸς, οὔτε ἄλλος τις τῶν ἱστορίας γεγραφότων.

Joannes Tzetzes Chiliade VII.

Καρυανδέως Σκύλακος ὑπάρχει τι βιβλίον
Περὶ τὴν Ἰνδικὴν γράφον ἀνθρώπους πεφυκέναι,
Οὕσπερ φασὶ Σκιάποδας, καί γε τοὺς Ὠτολίκνους,
Ὧν οἱ Σκιάποδες πλατεῖς ἔχουσιν ἄγαν πόδας,
Καιρῷ τῆς μεσημβρίας δὲ πρὸς γῆν καταπεσόντες,
Τοὺς πόδας ἀνατείναντες, σκιὰν αὐτοῖς ποιοῦσι·
Μεγάλα δ' οἱ Ὠτόλικνοι τὰ ὦτα κεκτημένοι,
Ὁμοίως σκέπουσιν αὐτοὺς τρόπῳ τῶν σκιαδείων.
Ὁ Σκύλαξ οὗτος γράφει δὲ καὶ ἕτερα μυρία
Περί γε Μονοφθάλμων τε, καὶ τῶν Ἐνοτικτόντων
Καὶ Ἐκτραπέλων ἄλλων τε μυρίων θεαμάτων.
Ταῦτα φησὶ δ' ὡς ἀληθῆ μηδὲ τῶν ἐψευσμένων.
Ἐγὼ τῇ ἀπειρίᾳ δὲ ταῦτα ψευδῆ νομίζω.

Rufus Festus Avienus in ora maritima.

\- - - - - *Multa rerum junximus*
Ex plurimorum sumta commentariis.
Hecataeus istic quippe erit Milesius,
Hellanicusque Lesbius, Phileas quoque
Atheniensis, Caryandaeus Scylax,
Pausimachus ille, prisca quem genuit Samos;
Quin & Damastes nobili natus Sige. &c. Sic lege,

Idem alibi:

Sed ad columnas quicquid interfunditur
Undae aestuantis, stadia septem vix ait
Damastes esse. Caryandaeus Scylax
Tantum patere, quantus aestus Bosporo est.

ΑΔΗ-

ΑΔΗΛΟΥ.

ΣΚΥΛΑΞ ὁ ΚΑΡΥΑΝΔΕΥΣ ἀρχαιότατος μέν ἐστιν ἀνήρ· τῶν δὲ μερῶν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, καὶ τῆς ἔνδον Ἡρακλειῶν στηλῶν θαλάσσης πέρα, τῶν πολλῶν ἀγνοουμένων, περίπλους τῆς οἰκουμένης ἀναγράψαι προείλετο. Τὰ μὲν γὰρ τῆς ἑώας Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν δῆλα τοῖς ἀνθρώποις πάντα κατέστησε· τὰ δὲ τῶν ἑσπερίων ἐθνῶν, ἡ Ῥωμαίων ἀνδρεία πολέμῳ τούτων κρατήσασα. Τῆς μὲν οὖν ἀκριβοῦς γνώσεως τῶν τόπων ἁπάντων διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας οὐκ ἴσχυσεν ἐφικέσθαι. Μέρη δὲ πλεῖστα καλῶς καὶ ἀκολούθως περιέπλευσεν, ὥσπερ τὸν Ἰόνιον ἤτοι Ἀδρίαν κόλπον. καὶ τὴν Πελοπόννησον πᾶσαν, μετὰ τῶν ἐνοικούντων ἐθνῶν· ἔτι μὲν ἕτερα μέρη τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν προσοικούντων αὐτῇ, σαφῶς παραστήσας. Δοκεῖ δέ πως καὶ αὐτὸς τῆς ἀγνοίας τῶν πλείστων τόπων τὴν βραχυλογίαν, ὥσπερ ἀπολογίαν τινα, πεποιῆσθαι, δι' ὀλίγων σφόδρα χωρίων τὰ πλεῖστα τοὺς ἐντυγχάνοντας ἢ ἅμα ζητεῖν τινὶ εἰδέναι βουλόμενος. Τῆς δὲ ἀρχαιότητος τοῦ ἀνδρὸς γνώρισμα, τὸ μήτε Ἀλέξανδρον εἰδέναι τὸν Μακεδόνων βασιλέα, μήτε τὸν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐκείνου τοῦ χρόνου· ὥστε οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι θαύματος ἄξιον ἡγούμενος τὸν ἄνδρα τῶν πλείστων ἐφικέσθαι δυνηθέντα. Αἴλιος Διονύσιος ἐν τῷ περὶ Ἀλεξανδρείας βιβλίῳ πρώτῳ φησὶν, ὅτι Δαρείῳ προσεφώνησε Σκύλαξ τὸ φρόντισμα.

Suidas.

Σκύλαξ Καρυανδεὺς· πόλις δέ ἐστι τῆς Καρίας πλησίον Ἁλικαρνασσοῦ τὰ Καρύανδα· Μαθηματικὸς καὶ Μουσικός· ἔγραψε περίπλουν τῶν ἐκτὸς Ἡρακλέους στηλῶν· τὰ κατὰ τὸν Ἡρακλείδην τὸν Μυλασσῶν βασιλέα· γῆς περίοδον· ἀντιγραφὴν πρὸς τὴν Πολυβίου ἱστορίαν.

Πρὸς τὸν σφόδρα

ἐπὶ συνέσει διαβεβοημένον ἄνδρα,

ΙΑΚΩΒΟΝ ΓΡΟΝΩΒΙΟΝ,

Τὰ Σκύλακος τοῦ Γεωγράφου πάνυ ἐπανορθωθέντα ἀνακοινούμενον.

Φίλτατ' ἐμοὶ, χαῖρ' Ανερ· Χαῖρε Γρονώβιε, Φοίβου
Μουσάων τ' ἱερεῦ, καὶ μέγα τῶνδε κλέος.
Εἰπέ μοι· ἐς πόσον αὐξήσεις σὰ χαρίσματ' ἀριθμὸν,
Σοὺ πολλῇ τέρψει χρήσιμα Μουσοφίλοις;
Οὐδὲ βίοιο ἐᾶς μέρος ἥκιστον παραφεύγειν,
Ὧι, τινι μή τι πόνων σῶν ὑπόδειγμα δίδως.
Μηδὲ ἔτος, οὐ μὴν, οὐδ' ἡμέρα ἐστὶν ἄμοιρος.
Πᾶς χρόνος σοφίας μνῆμά τι σῆς κατέχει.
Πωλύβιός τε, Μελᾶς τε, καὶ ἐν τοῖς Λίβιος ἵστωρ.
Αμμιανὸς, Κικέρων, Λείψανα Κοσσονικά·
Καὶ Αρποκρατίων, καὶ πλείω σοὶ ὀνομάζειν
Ῥᾷστα, σῶν στίλβει σήματα λαμπρὰ πόνων.
Νῦν σπουδῆς ἐπὶ τοῖσδε τεῆς γεννήμασι καλοῖς
Κυδάλιμον γεννᾶς χωρογράφον Σκύλακα.
Καὶ μετὰ τὸν Σκύλακα πολλοὺς ἀποληψόμεθ' ἄλλους,
Οἷς τόκον ὡραῖον σῆς φρεσὶ προξενέεις.
Νῦν μοι καὶ τόδε εἰπέ. Χαρίσμασιν ἴσα τοσούτοις
Ανταποδώσουσιν Μουσοφίλοι τινά σοι;
Συγγνώμην παρ' ἀήνημον, Ανερ Χαριέστατε, τούτοις,
Αξιον οὐχ ὅ, τι σοι δοῖεν, ἔχουσιν ἅλις:
Πλὴν ἀλλ' ἐν στήθεσσι σέβουσι ΓΡΟΝΩΒΙΟΝ Οἶκον
Εἰς εὐεργεσίας χρῆμά τι Δαιμόνιον.

Ι. ΙΕΝΣΙΟΣ.

ΣΚΥΛΑΚΟΣ τοῦ ΚΑΡΥΑΝΔΕΟΣ

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΤΗΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ΕΥΡΩΠΗΣ, καὶ ΑΣΙΑΣ, καὶ ΛΙΒΥΗΣ; καὶ ὅσα καὶ ὁποῖα ἔθνη ἕκαστα, ἑξῆς καὶ χῶραι, καὶ λιμένες, καὶ ποταμοί, καὶ ὅσα μήκη τῶν πλῶν, καὶ αἱ νῆσοι αἱ ἑπτὰ αἱ οἰκούμεναι, καθόλου ἑκάστη κεῖται τῆς ἠπείρου.

SCYLACIS CARYANDENSIS

Periplus maris habitabilis EUROPÆ, ASIÆ, LIBYÆQUE; item quæ, & quales gentes quæque; deinceps regiones, portus, & fluvii, & quantæ navigationum longitudines; item ſeptem inſulæ habitatæ, prout quæque adjacet continenti.

EUROPA.

INCIPIAM autem ab Herculeis columnis, quæ ſunt in Europa, uſque ad Herculeas columnas, quæ in Libya ſunt, & uſque Æthiopas magnos. Sunt vero

ΕΥΡΩΠΗ.

ΑΡΞΟΜΑΙ δὲ ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ, καὶ μέχρι Αἰθιόπων τῶν μεγάλων. Εἰσὶ δὲ ἀλλήλων

Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ.] Non plures, quàm binas columnas, ſtatuit Scylax; quanquam verba hæc aliud videantur ſignificare. Sic quoque infra loquitur: & tamen paret, non de pluribus, quàm binis columnis, id eſſe accipiendum: Γάδειρα εἰσὶν νῆσοι αὗται πρὸς τῇ Εὐρώπῃ· τούτων ἡ ἑτέρα πόλιν ἔχει, καὶ Ἡράκλειαι στῆλαι κατὰ ταύτας, ἡ μὲν ἐν τῇ Λιβύῃ ταπεινή, ἡ δὲ ἐν τῇ Εὐρώπῃ ὑψηλή. Non tamen neſcius ſum,

λων κατ' ἀντικρὺ αἱ Ἡράκλειαι στῆλαι, καὶ ἀπέχουσιν ἀλλήλων πλοῦν ἡμέρας. Ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἐμπόρια πολλὰ Καρχηδονίων, καὶ πηλὸς, καὶ πλημμυρίδες, καὶ πελάγη.

ro invicem ex adverso Herculeæ columnæ, distantque inter se diei itinere. Ultra Herculis columnas, quæ sunt in Europa, multa sunt Carthaginensium emporia, & cœnum, & æstus, & pelagi.

ΙΒΗΡΕΣ. IBERI.

sum, multos in altera fuisse sententia. Hesychius: στήλας διστόμους τινὲς τὰς Ἡρακλείους στήλας, ἔνιοι αὐλὰς νήσους εἶναι φασὶν, οἱ δὲ προχώματα, οἱ δὲ τῆς ἠπείρου ἄκρας, οἱ δὲ πόλεις, καὶ οἱ μὲν δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ μίαν, οἱ δὲ τέσσαρας. Palæphatus quoque capite de Phorcynis filiabus tres columnas esse Herculeas ait. Cæteri tamen ferme omnes in eo conveniunt, binas tantum esse; quod verius, ut arbitror. *Vossius.*

Ἀπὸ δὲ Ἡρακλείους στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ] Hinc paret, Scylaci non ignotam fuisse eam Hispaniæ partem, quæ est ultra columnas. Inquit enim, multa esse Carthaginensium emporia hoc loco. Similiter Rufus Festus:

Ultra has columnas propter Europæ latus,
Vicos & urbes incolæ Carthaginis
Tenuere quondam.

Infra etiam Scylax noster meminit Sacri promuntorii, quod est extimum in eo latere. Verum totum hunc tractum nullo nomine designat. Iberos enim, quos primam Europæ partem obtinere ait, a freto orditur. Quod ultra columnas igitur, minime Iberia esse potest. Europæ tamen adscripsisse, ex eo patet, quod Sacrum promuntorium in Europa collocet. Plurimi enim antiquorum, quod crebræ essent Carthaginensium coloniæ hoc in loco, Libyæ tribuerunt universum illum tractum. Auctor est Festus, ubi agit de Hermate ad Sacrum promontorium:

Porro illud Herma jure sub Libyci soli
Fuisse pridem plurimi autores ferunt.
Nec respuendus testis est Dionysius,
Libyæ esse finem qui docet Tartessium.

Quicquid igitur est à Sacro promuntorio, usque Tartessios, Libyæ adscribebatur. *Vossius.*

In citando magis suæ fuit versionis memor, quam Scylacis verborum. *Gronovius.*

Καὶ πηλὸς καὶ πλημμυρίδες καὶ πελάγη] Hujus rei manifestum indicium est, quod Rufus Festus inquiat, morem fuisse Carthaginensibus,

Ut planiore texerent fundo rates,
Quo cymba tergum fusior, brevius mare
Prælaberetur. *Vossius.*

Τῆς

IBERI.

Europæ primi ſunt Iberi, Iberiæ gens, fluviuſque Iberus: & inſulæ ibi ſunt binæ, quibus nomen Gades. Harum una urbem habet, quæ diei itinere ab Herculeis columnis abeſt. Deinde emporium, urbs Græca, cui nomen Emporium. Sunt autem hi Maſſilienſium coloni. Præternavigatio Iberiæ eſt VII dierum, & VII noctium.

ΙΒΗΡΕΣ.

Τῆς Εὐρώπης εἰσὶ πρῶτοι Ἴβηρες, Ἰβηρίας ἔθνος, καὶ ποταμὸς Ἴβηρ· καὶ νῆσοι ἐνταῦθα ἔπεισι δύο, αἷς ὄνομα Γάδειρα. Τούτων ἡ ἑτέρα πόλιν ἔχει ἀπέχουσαν ἡμέρας πλοῦν ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν. Εἶτα ἐμπόριον, πόλιν Ἑλληνίδα, ᾗ ὄνομα Ἐμπόριον· εἰσὶ δὲ οὗτοι Μασσαλιωτῶν ἄποικοι. Παράπλους τῆς Ἰβηρίας ζ' ἡμερῶν, καὶ ζ' νυκτῶν.

LIGU- AI-

Τῆς Εὐρώπης εἰσὶ πρῶτοι Ἴβηρες, Ἰβηρίας ἔθνος] Primam Europæ portionem Iberos obtinere, inquit Scylax. Eoſque à columnis exorditur. Rectè. Nondum enim detecta erat pars ulterior Iberiæ. Ideoque nullum adhuc nomen ſortita erat. Imo ne Polybii quidem ævo, cum jam maxima ex parte explorata eſſet, generali aliqua appellatione inſignita fuit hæc Hiſpaniæ pars. Diſerte id teſtatur Polybius lib. III. Καλεῖται δὲ τὸ μὲν παρὰ τὴν καθ' ἡμᾶς παρῆκον ἕως Ἡρακλείων στηλῶν, Ἰβηρία. Τὸ δὲ παρὰ τὴν ἔξω καὶ μεγάλην προσαγορευομένην, κοινὴν μὲν ὀνομασίαν οὐκ ἔχει, διὰ τὸ προσφάτως κατωπτεῦσθαι. κατοικεῖται δὲ πᾶν ὑπὸ βαρβάρων ἐθνῶν καὶ πολυανθρώπων. Idem quoque teſtatur Charax lib. III. rerum Græcarum apud Conſtantinum Imperatorem de adminiſtratione imperii cap. XXIV. Τὴν δὲ Ἱσπανίαν Ἕλληνες τὰ πρῶτα Ἰβηρίαν ἐκάλουν, οὔπω ξύμπαντος τοῦ ἔθνους τὴν προσηγορίαν μεμαθηκότες, ἀπὸ μέρους τῆς γῆς τὰ ἐπὶ πρὸς ποταμὸν Ἴβηρα· καὶ ἀπ' ἐκείνου ὀνομάζοντες γῆν πᾶσαν κατοικοῦντες. Ὕστερον δὲ φασὶν αὐτὴν μεταμεκλῆσθαι Πανίαν. Sic emendandus ille locus, qui in editis conſpurcatiſſimus eſt. *Voſſius.*

Εἶτα ἐμπόριον πόλιν Ἑλληνίδα, ᾗ ὄνομα Ἐμπόριον] Omnino ſcribendum eſt, εἶτα Ἐμπόριον πόλις Ἑλληνίς. Non enim in Gadibus Emporiæ. *Voſſius.*

Hæc ita mutare cui libet poteſt, ſed nec minus ridere cui libet. Nam ſane videntur inter voces ἐμπόριον & πόλιν non pauca deeſſe, quibus Scylax ab Gadibus reverſus ad internum mare progreſſus eſt ad πόλιν Ἑλληνίδα, ᾗ ὄνομα Ἐμπόριον. Et cui id non patet? Itaque ſeparari eæ voces per notam intercedentis lacunæ oportuit, non mutari. *Gronovius.*

ΛΙΓΥΕΣ, καὶ ΙΒΗΡΕΣ.

Ἀπὸ δὲ Ἰβήρων ἔχονται Λίγυες, καὶ Ἴβηρες μιγάδες, μέχρι ποταμοῦ Ῥοδανοῦ. Παράπλους ἀπὸ Λίγυος Ἐμπορίου μέχρι Ῥοδανοῦ ποταμοῦ δύο ἡμερῶν, καὶ μιᾶς νυκτός.

LIGURES, & IBERI.

Post Iberos sequuntur Ligures, & Iberi mixti, usque Rhodanum fluvium. Præternavigatio Ligurum ab Emporio usque Rhodanum fluvium, duorum dierum, & unius noctis.

ΛΙΓΥΕΣ.

Ἀπὸ Ῥοδανοῦ ποταμοῦ ἔχονται Λίγυες μέχρι Ἀντίου. Ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ πόλις ἐστὶν Ἑλληνὶς Μασσαλία, καὶ λιμήν. Ἄποικοι δ' αὗται Μασσαλίας εἰσίν. Παράπλους δέ ἐστι ταύτης ἀπὸ Ῥοδανοῦ ποταμοῦ μέχρι Ἀντίου ἡμερῶν δ', καὶ νυκτῶν δ'. Ἀπὸ δὲ Ἡρακλείων στηλῶν μέχρι Ἀντίου ἡ χώρα πᾶσα αὕτη εὐλίμενος.

LIGURES.

Post Rhodanum fluvium sunt Ligures, usque ad Arnum. In ista regione urbs est Græca Massilia, cum portu. *** Massiliensium hæ sunt coloniæ. Præternavigatio vero hujus à Rhodano fluvio usque ad Arnum est dierum IV, & noctium IV. Ab Herculeis autem columnis usque ad Arnum, omnis hic tractus portus habet commodos.

ΤΥΡΡΗΝΟΙ.

Ἀπὸ δὲ Ἀντίου Τυρρηνοὶ ἔθνος μέχρι Ῥώμης πόλεως. Παράπλους ἡμερῶν δ', καὶ νυκτῶν δ'.

TYRRHENI.

Post Arnum Tyrrhenorum est gens, usque ad urbem Romam. Præternavigatio dierum IV. & noctium IV.

ΚΥΡ- COR-

Παράπλους ἀπὸ Λίγυος Ἐμπορίου] Mendosus locus. Scribendum arbitror, παράπλους Λιγύων ἀπὸ Ἐμπορίου μέχρι Ῥοδανοῦ ποταμοῦ, &c. *Vossius.*

Μασσαλία, καὶ λιμήν· ἄποικοι αὗται Μασσαλίας εἰσί] Defectus est, ut recte observavit Cluverius. Siquidem Scylax hic recensuit urbes, Tauroentium, Olbiam, Antipolin; & postea subjunxit. ἄποικοι δ' αὗται Μασσαλίας εἰσίν. *Voss.*

Μέχρι Ἀντίου]. Ubique hic pro Ἀντίου legit Cluverius, Ἄρνου. *Vossius.*

Tempo-

CORSICA.

Ex adverso autem Tyrrheniæ sita est insula Corsica. Navigatio vero à Tyrrhenia in Corsicam est diei *unius*, ac dimidiæ. Et insula in medio hujus navigationis habitata, cui nomen Æthalia. aliæque complures desertæ insulæ.

SARDINIA.

A Corsica insula in Sardiniam insulam est tertiæ diei partis navigatio. Et in medio est insula deserta. A Sardinia vero in Libyam diei noctisque est navigatio. In Siciliam vero à Sardinia iter duorum dierum noctisque. Sed redeo rursum ad continentem, unde ad Corsicam digressus eram.

LATINI.

Post Tyrrheniam sequuntur Latini, usque ad Circæum. Etiam Elpenoris tumulus est Latinorum. Præternavigatio autem Latinorum diei noctisque est.

VOL-

ΚΥΡΝΟΣ.

Κατὰ δὲ Τυῤῥηνίαν κεῖται νῆσος Κύρνος. Ἔστι δὲ ἀπὸ Τυῤῥηνίας ὁ πλοῦς εἰς Κύρνον ἡμέρας καὶ ἡμίσεως. Καὶ νῆσος ἐν μέσῳ τῷ πλῷ τούτῳ οἰκουμένη, ᾗ ὄνομα Αἰθαλία, καὶ ἄλλαι πολλαὶ ἔρημοι νῆσοι.

ΣΑΡΔΩ.

Ἀπὸ δὲ Κύρνου νήσου εἰς Σαρδὼ νῆσον πλοῦς ἡμέρας τρίτον μέρος. Καὶ νῆσος ἐρήμη ἐν τῷ μεταξύ. Ἀπὸ Σαρδοῦς δὲ εἰς Λιβύην, πλοῦς ἡμέρας καὶ νυκτός. Εἰς δὲ Σικελίαν ἀπὸ Σαρδοῦς πλοῦς ἡμερῶν δύο καὶ νυκτός. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν εἰς τὴν Κύρνον ἐξετραπόμην.

ΛΑΤΙΝΟΙ.

Τυῤῥηνίας ἔχονται Λατῖνοι μέχρι τοῦ Κιρκαίου. Καὶ τὸ τοῦ Ἐλπήνορος μνῆμα ἐστὶ Λατίνων. Λατίνων παράπλους ἡμέρας καὶ νυκτός.

* ΟΛ-

Tempore Polybii quidem huc usque Ligures extenderant dominium suum. Sed dubito, an id pertineat ad ætatem Scylacis, qui utique infra agnoscit Etruscos etiamnum ultra Apenninum versus Adriaticum mare porrectos, quales eos Polybius non suo tempore, sed longe ante agnovit.

ΟΛΣΟΙ.

Λατίνων δὲ ἔχονται Ὀλσοί. Ὀλσῶν δὲ παράπλους ἡμέρας μιᾶς.

VOLSCI.

Post Latinos sequuntur Volsci. Volscorum vero præternavigatio diei unius.

ΚΑΜΠΑΝΟΙ.

Ὀλσῶν δὲ ἔχονται Καμπανοί· καὶ εἰσὶ πόλεις Ἑλληνίδες αὗται ἐν τῇ Καμπανίᾳ, Κύμη, Νεάπολις. Κατὰ ταῦτα ἐστὶ Πιθηκοῦσσα νῆσος καὶ πόλις Ἑλληνίς. Παράπλους δὲ τῆς Καμπανίας ἐστὶν ἡμέρας μιᾶς.

CAMPANI.

Post Volscos sunt Campani. Et hæ Græcæ urbes sunt in Campania; Cyme, & Neapolis. Hic est Pithecusa insula cum urbe Græca. Præternavigatio vero Campaniæ est diei unius.

ΣΑΥΝΙΤΑΙ.

Καμπανῶν δὲ ἔχονται Σαυνῖται· καὶ παράπλους ἐστὶ Σαυνιτῶν ἡμέρας ἥμισυ.

SAMNITES.

Campanis contigui sunt Samnites. Samnitum vero præternavigatio est diei dimidiati.

ΛΕΥΚΑΝΟΙ.

Λευκανοὶ Σαυνιτῶν ἔχονται μέχρι Θουρίας. Ὁ πλοῦς δέ ἐστι παρὰ Λευκανίαν ἡμερῶν ϛ´ καὶ νυκτῶν ϛ´. Ἡ δὲ Λευκανία ἐστὶν ἀκτή.

LUCANI.

Samnites sequuntur Lucani usque ad Thurios. Præternavigatio vero Luciniæ est dierum VI, & noctium VI. Est au-

vit. Itaque literæ ipsæ, prout Hoeschelius edidit, quater offerunt non Ἄργυ, sed Ἀλπίου, sive ita vocaverit extremum maritimarum Alpium, sive ipsum Albium Intemelium. *Gronovius.*

Λατίνων δὲ ἔχονται Ὄλζοι] Lege Ὀλσκοί, ut jam alii observarunt. *Vossius.*

Scilicet Ὄλζοι non potuerunt ab Scylace pronuntiari, qui ab Latinis *Volsci*, quum *marceo* Latini potuerint enuntiare Græcum μαραίνω, & *erit* iidem modo dixerint *escit*, modo *esit*. *Gronovius.*

Ἡ δὲ Λευκανία ἐστὶν ἀκτή] Hæc verba quia non intelligeret, delebat Cluverius. Nobis certum est, ἀκτὴν hic significare peninsulam, sive terram, quæ utrinque mari alluitur, ut est Lucania, atque Attica; quam ἀκτὴν dictam primò, apud Stephanum Apollodorus docet, διὰ τὸ πολὺ μέρος αὐτῆς κα-

θικνεῖ

διανεῖλξ εἰς θάλασσαν. Τριγώνε γὰρ ὄυσης αἱ συνιοῦσαι ἀπὸ τὸ Σούνιον ἑκατέρωθεν δύο πλευραὶ παράλιοι τυγχάνεσι. Attica igitur, quoniam erat ἀκτὴ, sive peninsula, *Attica* appellata est. Sic ἀκτῆς vocem Scylax sæpe usurpat. Infra, ubi Hermæum promuntorium describit, inquit, ἐπὶ δὲ ἀκτῆ, δι' ἧς ἰσθμός ἐστι. Nullus enim esset verborum horum sensus, ni hic ἀκτὴ pro *peninsula* sumatur. Herodotus quoque Melpomene binas Asiæ peninsulas ἀκτὰς appellat, quamvis totus ille locus pessime habitus sit ab interpretibus. Unius peninsulæ bina crura sunt hæc. Unum est, quod à Phaside usque Sigeum excurrit; alterum, quod à Sigeo, sive Mariandynum sinu, Phœnicen usque protenditur; eaque est Asia minor. Hoc enim pacto Herodoti verba emendanda: ἡ αὐτὴ αὕτη ἀκτὴ ἀπὸ τοῦ Μαριανδυνῶν κόλπου, μέχρι τοῦ πρὸς Φοινίκην κειμένου, τείνει τὰ ἐς θάλασσαν μέχρι Τριοπίου ἄκρης. Ineptum est, quod vulgo legitur. Alteram peninsulam faciunt sinus Persicus, & Arabicus, nimirum Arabiam. Paullo post Libyam similiter ἀκτὴν appellat, quod sit περίῤῥυτος, præterquam ubi Asiæ jungitur. Libya igitur est ἀκτὴ, δι' ἧς ἰσθμός ἐστι. Scylax infrà, λέγουσι δέ τινες τούτους τοὺς Αἰθίοπας παρήκειν συνεχῶς οἰκοῦντας ἐντεῦθεν εἰς Αἴγυπτον, καὶ εἶναι ταύτην θάλατταν συνεχῆ, ἀκτὴν δὲ εἶναι τὴν Λιβύην. Hesychius: ἀκτὴ ἐπὶ προχύσει ἐν τῷ ἐξέχοντι μέρει τοῦ αἰγιαλοῦ. Inde patet, non peninsulas tantum, sed etiam quævis promuntoria ita appellari. Sane Apollonius Rhodius Acherusium promontorium ἀκτὴν appellat. Item Nicandri est apud Stephanum: Κανασραίης πύργος ἀκτῆς. Et Hesychii: Κωλιὰς, ἀκτὴ εἰς θάλασσαν ἐξέχουσα, καὶ ἴσως διὰ τὸ κώλῳ ἐμφερὴς εἶναι. Et sexcenta hujusmodi. At apud Dicæarchum ἀκτὴ aliud est. Pro *amœnis* namque utitur hoc vocabulo. Versus sunt Posidippi de Platæis:

Ναοὶ δύο εἰσὶ, καὶ στοὰ, καὶ τοὔνομα,
Καὶ τὸ βαλανεῖον, καὶ τὸ Σαράμβου κλέος.
Τὸ πολὺ μὲν ἀκτὴ, τοῖς δ' Ἐλευθερίοις πόλις.

Vulgo postremus ille versiculus pessime sic legitur,

Τὸ πολὺ μὲν ἀκτὴ, τοῖς δ' ἐλευθέροις πόλις.

Quorum verborum sensus est nullus. Ἀκτὴν hic accipe pro *amœnis*. Glossæ Ἀκταὶ, *amœnia*. Sensus vero horum verborum est, urbem non esse, quod vacua, & incolis destituta sit, maximaque parte ex amœniis constet. Ubi vero Eleutheria celebrantur, quia magnus tum hominum ibi sit concursus, fieri urbem. Eleutheria namque quoque quinquennio Platæis agitabantur; ut à veterum plurimis traditum est. Sed vocem ἀκτῆς potius hic accipe pro secreto, & abdito loco; ut explicat Cl. Salmasius. Non enim putat Latinum esse *amœnia*, de locis sine mœnibus. Neque Græcos unquam hoc sensu usos eo verbo. Vel pro *amœnia* in illis Glossis scribendum, *amœna*: vel certe, hoc *amœne*, & *amœnum*, dixisse veteres, ut *hilare* & *hilarum*, *acre* & *acrum*. Sed *amœna*, vel *amœnia*, Græcis ἀκτὰς vocari, secretorum littorum recessus, in quibus ἀπόλαυσιν maris fruebantur, ac epulabantur ut plurimum voluptarii homines: quod ἀκτάζειν dicebant; unde proverbium, σήμερον ἀκτάζομεν, *Cras*

it

ἀκτή. Ἐν ταύτῃ πόλεις εἰσὶν Ἑλληνίδες αἵδε, Ποσειδὼ, Ἰαι, καὶ Ἐλαιὰ Θουρίων ἀποικία, Πανδοσία, Πλαταιεῖς, Τερίνα, Ἱππώνιον, Μέζα, Ῥήγιον ἀκρωτήριον, καὶ πόλις.

autem Lucania peninſula. In ea ſunt hæ urbes Græcæ, Poſidonia, & Elea Thuriorum colonia, Pandoſia Plataeenſium, Terina, Hipponium, Medma, Rhegium promuntorium, & urbs.

ΣΙΚΕΛΙΑ.

Κατὰ δὲ Ῥήγιον ἐστὶ Σικελία νῆσος ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἀπέχουσα στάδια ιβʹ, ἐς Πελωριάδα

SICILIA.

Ex adverſo Rhegii eſt Sicilia inſula, duodecim ab Europa ſtadiis diviſa; à Rhegio nimirum.

in littore epulabimur, *&* *genio indulgebimus.* Cujus meminit Plutarchus. *Actas* Latinos vocaſſe has litorum amœnitates, Servius annotavit ad Æneid. v. ad hunc verſum; *At procul in ſola ſecreta Troades acta.* Idem confirmat Gloſſarium; *Acta*, *littora amœna.* Hinc *actare*, conſiſtere in littore, ἀκτάζειν. Neque hoc tantum capitur de littoralibus locis; ſed etiam aliis, quamvis ſint mediterranei. Locupletiſſimus eſt teſtis Heſychius: Οἶδε δὲ καὶ ἄλλο τι ἡ συνήθεια, καλουμένων ἀκτήν, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος εἰμαι τοῖς πλοιζομένοις λαβοῦσα. Ἐκεῖνοι τε γὰρ ἐς τοὺς τοιούτους τῶν τόπων ἀποβάντες ἐστιῶνται· αὐτη τε τοὺς ἐπ' εὐωχίαις ἀφωρισμένους τόπους ἀκτὰς καλεῖ, κἂν τύχωσι μὴ παραθαλάσσιοι ὄντες. Ita lege. Sic itaque capienda eſt vox ἀκτὴ apud Dicæarchum. Nam Platææ urbs in mediterraneis eſt. Latini *littora* vocant locos ſolitarios, & deſertos. Cicero de Quincto fratre: *Non homo*, *ſed littus*, *atque aër*, *&* *ſolitudo mera.* Itaquoque intelligendus locus ille Petronii: *Nec diu tamen lachrymis indulſi*; *ſed veritus*, *ne Menelaus etiam anteſcholanus inter cætera mala ſolum me in diverſorio inveniret*; *collegi ſarcinulas*, *locumque ſecretum*, *&* *proximum littori*, *mœſtus conduxi.* Nihil certius. *Voſſius.*

Ἐν ταύτῃ πόλεις εἰσὶν Ἑλληνίδες αἵδε, Ποσειδὼ, Ἴαι] Sic hunc locum reſtituit Cluverius: Ἐν αὐτῇ πόλεις εἰσὶν Ἑλληνίδες αἵδε, Ποσειδωνία, καὶ Ἔλεα Θουρίων ἀποικία, Πανδοσία Πλαταιέων, Τερίνα, Ἱππώνιον, Μέδμα, &c. *Voſſius.*

Credimus, an riſit Cluverius, dum coloniam fingit, quam nullam prorſus fuiſſe non potuit ignorare; etiam ipſe qui Cluverium citandum judicavit, Voſſius. Platæenſes ex media Bœotia coloniam duxerunt in Italiæ Lucaniam? Ordo, quo in enumerando utitur Scylax, literæ, prout edidit Hoeſchelius, clamant auctorem ſcripſiſſe Πανδοσία, Κλαμπτεία. *Gronov.*

Ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἀπέχουσα στάδια ιβʹ.] Inſulæ non pro parte Europæ cenſentur à pluribus Geographis, ſed adjacere dicuntur. Sic & infra Scylax de Creta, ἰσχυπάτω γὰρ Λακεδαίμων κεῖται τῆς Εὐρώπης. *Voſſius.*

Εἰς

mirum in Pelorum. In Sicilia autem gentes Barbaræ sunt hæ; Elymi, Sicani, Siculi, Phœnices, Trojani. Hi quidem Barbari; habitant vero & Græci. Promuntorium Siciliæ est Pelorus. A Peloro urbes Græcanicæ hæ sunt. Messana cum portu, Tauromenium, Naxus, Catana, Leontini. Ad Leontinos vero per Teriam flumen sursum navigando xx stadia. Symæthus amnis, & urbs Megaris, & portus Xiphonius. Megaridem autem sequitur urbs Syracusæ, cum duobus portubus. Horum unus intra murum, alter vero extra. Post hanc vero urbs Helorus, & Pachynus promontorium. Post Pachynum autem sunt hæ urbes Græcæ; Camarina, Gela, Agrigentum, Selinus, Lilybæum promuntorium. Post Li-

δα ἀπὸ Ῥηγίου. Ἐν δὲ Σικελίᾳ ἔθνη βάρβαρα τάδε ἐστίν. Ἐδύνοι, Σικανοὶ, Σικελοὶ, Φοίνικες, Τρῶες. Οὗτοι μὲν Βάρβαροι, οἰκοῦσι δὲ καὶ Ἕλληνες. Ἀκρωτήριον δὲ Σικελίας Πελωριάς. Πόλεις δὲ εἰσὶν ἀπὸ Πελωριάδος Ἑλληνίδες αἵδε· Μεσσήνη καὶ λιμὴν, Ταυρομένιον, Νάξος, Κατάνη, Λεοντῖνοι. Εἰς τοὺς Λεοντίνους δὲ κατὰ τὴν ῥίαν ποταμὸν ἀνάπλους κ΄ σταδίων. Σύμαιθος ποταμὸς, καὶ πόλις Μεγαρὶς, καὶ λιμὴν Ξιφώνειος. Ἐχομένη δὲ πόλις Μεγαρίς ἐστι Συράκουσαι, καὶ λιμένες ἐν αὐτῇ δύο. Τούτων ὁ ἕτερος ἐντὸς τείχους, ὁ δ' ἄλλος ἔξω. Μετὰ δὲ ταύτην πόλις Ἕλωρον, καὶ Πάχυνος ἀκρωτήριον. Ἀπὸ Παχύνου δὲ πόλεις Ἑλληνίδες αἵδε· Καμάρινα, Γέλα, Ἀκράγας, Σελινοῦς, Λιλύβαιον ἀκρωτήριον. Ἀπὸ δὲ Λιλυ-

Ἐν δὲ Σικελίᾳ ἔθνη Βάρβαρα τάδε ἐστίν· Ἐδυώοι, Σικανοὶ, Σικελοὶ, Θοίνικες, Τρῶες] Recte hic pro Θοίνικες Hœschelius legit Φοίνικες. Sed & Ἐδυώοι mutandum est in Ἔλυμοι. *Vossius.*

Post Macrocephalos sunt Mossynœci, & Zephyrius portus, Chœrades urbs Græca, Martis insula. Hi montes inhabitant.

ΜΟΣΣΥΝΙΚΟΙ.

Μετὰ δὲ Μακροκεφάλους Μοσσυνικοὶ ἔθνος, καὶ Ζεφύριος λιμὴν, Χοιράδες πόλις Ἑλληνίς, Ἄρεως νῆσος. Οὗτοι ὄρη κατοικοῦσιν.

TIBARENI.

Post Mosynos sequitur gens Tibarena.

ΤΙΒΑΡΗΝΟΙ.

Μετὰ δὲ Μοσυνοὺς ἔθνος ἐστὶ Τιβαρηνοί.

Λίμνη πόλις] Ptolomæo videtur esse Ξυλίνη πόλις. *Vossius.*

Βέχειροι] Alter codex legit Βεχειρική. *Vossius.*

Βεχειρᾶς πόλις] Βέχειρις, vel Βεχειριάς. Ita Salmasius. *Vossius.*

Μοσσυνικοί] Legendum Μοσσυνοίκοι, vel Μοσσυνοί. *Vossius.*

Ζεφύριος λιμὴν] Meminit hujus quoque portus Arrianus. *Vossius*

Χοιράδες πόλις Ἑλληνίς] Stephanus: Χοιράδες, πόλις Μοσσυνοίκων. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· Τιβαρηνοῖσι δὲ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα Μοσσύνοικοι ὁμουρέουσιν· ἐν δὲ αὐτοῖσι Χοιράδες πόλις. Sic enim legendus locus iste. *Vossius.*

Μοσυνοὺς] Repone Μοσσυνούς. Sic quoque eos appellat Nicolaus Damascenus in libello de moribus apud Stobæum. De iisdem Pomponius lib. I. cap. XXI: *Ultra Tibarenos, Mosynoeci turres ligneas subeunt, notis corpus omne persignant, propatulo vescuntur, promiscue concumbunt. Et palam reges suffragio deligunt*, &c. Sic rescripsit Hermolaus Barbarus; eumque temere secutus Pintianus, & Scottus, cum antea legeretur *Mossyni*. Utrumque enim dicitur.

ΧΑΛΥΒΕΣ.

Μετὰ δὲ Τιβαρηνοὺς Χάλυβες εἰσὶν ἔθνος, καὶ Γενέστιλις λιμὴν κλειστὸς, Ἀμένεια πόλις Ἑλληνὶς, καὶ Ἀσινεία ἀκρόπολις Ἑλληνίς.

ΑΣΣΥΡΙΑ.

Μετὰ δὲ Χάλυβας Ἀσσυρία ἐστὶν ἔθνος, καὶ ποταμὸς Θερμώδων, καὶ πόλις Ἑλληνὶς Θεμίσκυρα, Λύκαστος ποταμὸς, καὶ πόλις Ἑλληνὶς, Ἄλυς ποταμὸς, καὶ Κάρουσα πόλις Ἑλληνὶς, Σινώπη πόλις Ἑλληνὶς, Κερασοῦς πόλις Ἑλληνὶς,

CHALYBES.

Post Tibarenos gens est Chalybum, & Genetes portus clausus, Amenia urbs Græca, & Iasonium promuntorium est urbs Græca.

ASSYRIA.

Post Chalybas est Assyria, & fluvius Thermodon, & urbs Græca Themiscyra, Lycastus fluvius, & urbs Græca, Halys fluvius, & Carussa urbs Græca, Sinope urbs Græca, Cerasus urbs Græca, Ocherænus

dicitur. Sequentia verba Pomponii sic rescribe: *Promiscue concumbunt, & palam. Reges suffragio deligunt.* Hanc emendationem firmat Diodorus Siculus libro XIV, de Mossynœcis agens: Βαρβαρώτατοι δ' ἔφασαν οἱ στρατιῶται τοῦτο διεληλυθέναι τὸ ἔθνος, καὶ ταῖς μὲν γυναιξὶν αὐτοὺς πλησιάζειν ἀπάντων ὁρώντων. Nihil sane miri dixisset Pomponius, si scripsisset, reges ab iis palam suffragio deligi. Apud Valerium quoque Flaccum libro V. male emendarunt *Mossynœci*, cum antea legeretur *Mossynichi*.

> *Vos quoque non notæ mirati vela carinæ*
> *Mossynichi: vos & stabulis Macrones ab altis,*
> *Byzeresque vagi*, &c.

Hic pro *Mossynichi* scribe *Mossyni*. Male namque medentur huic loco, qui ita rescribunt.

> *Mossynœci: vos stabulis Macrones ab altis,*

Etsi in pluribus sic codicibus legatur: sed inepte. *Vossius.*

Γενέστιλις λιμὴν κλειστός] Lege, Γενήτης λιμὴν κλειστός. Stephanus, Γενήτης, λιμὴν καὶ ποταμὸς &c. Quod jam observatum est Salmasio. *Vossius.*

Ἀσίνεια ἀκρόπολις Ἑλληνὶς] Arbitror scribendum, Ἰασόνιον, pro Ἀσίνεια, cujus meminit Arriani epitomator in Periplo Ponti, & Ptolomæus. Videsis quoque de hoc Strabonem. Pro ἀκρόπολις vero, quod hic locum non habet, lege, ἄκρα καὶ πόλις. *Vossius.*

Κάρουσα] Arrianus, & Marcianus Heracleota, Κάρουσαν vocant, per simplex sigma. *Vossius.*

Ὀχά-

rænus fluvius, Harmene urbs Græca cum portu, Tetracis urbs Græca.

νις, Ὀχέραινος ποταμὸς, Ἁρμένη πόλις Ἑλληνὶς καὶ λιμὴν, Τετράκις πόλις Ἑλληνίς.

PAPHLAGONIA.

Post Assyriam sequitur Paphlagonum gens. Est in ea Stephane portus, Colussa urbs Græca, Cinolis urbs Græca, Carambis urbs Græca, Cytorus urbs Græca, Sesamus urbs Græca, & Parthenius fluvius, Tijum

ΠΑΦΛΑΓΟΝΙΑ.

Μετὰ δὲ Ἀσσυρίαν Παφλαγονία ἔθνος. Ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ Στεφάνη λιμὴν, Κολοῦσα πόλις Ἑλληνὶς, Κορωνὶς πόλις Ἑλληνὶς, Κάραμβος πόλις Ἑλληνὶς, Κύτωρος πόλις Ἑλληνὶς, Σήσαμος πόλις Ἑλληνὶς, καὶ Παροίνιος ποταμὸς, Τίθιον

Ὀχέραινος ποταμὸς] Non puto alibi reperiri hunc fluvium. In fragmento epitomes Artemidori, & Menippi, hic describitur Ὀχοσβάτης ποταμός. *Vossius.*

Apud Plinium VI, 3. leguntur hæc: *Est & Ceraunus intus clarus*, omnino fluvium denotantia, ut collegit eruditus editor, qui in altero codice Regio illic testatur legi *Cœranus*. Attende, mi lector, an non sit hic ipse. *Gronovius.*

Κορωνὶς πόλις Ἑλληνὶς] Κορώνη Stephano Bithyniæ civitas est. Sed ea nihil ad hanc Paphlagonicam. Legendum itaque arbitror Κινωλίς. Strabo lib. XII: Μετὰ δὲ Κάραμβιν Κίμωλις, καὶ Ἀντικίμωλις, καὶ Ἀβώνου τεῖχος. Utrumque enim dicitur, & Κίμωλις, & Κίνωλις. Arrianus habet Κίνωλις: & sic etiam τεμμάχιον illud Artemidori Ephesii & Menippi, quod à Marciano Heracleota in Epitomen contractum est. Hujus verba sic legenda: Ἀπὸ Αἰγινήτου ἐπὶ Κίνωλιν κώμην καὶ ποταμὸν στάδια ξ΄· ἔχει δὲ καὶ ὕφορμον· Εἰς τὴν καλουμένην Ἀντικίνωλιν στάδια ξ΄. Non, ut vulgo; ἀπὸ Αἰγινήτου ἐπὶ Κινώλην κώμην καὶ ποταμὸν· ἔχει δὲ καὶ ὕφορμον εἰς τὴν καλουμένην Ἀντικίνων στάδια ξ΄. *Vossius.*

Κάραμος] Scribendum est, Κάραμβις, ut omnes nuncupant. *Vossius.*

Κύτωρος] Male antea legebatur, Κύτωρις. Diodorus Siculus libro XIV hanc Tibarenis attribuit, non Paphlagoniæ; ut Scylax: Ταύτην μὲν οὖν τὴν χώραν ἐν ἡμέραις ὀκτὼ διεπορεύθησαν· τὴν δὲ ἐχομένην ἐν τρισὶν, ἣν ἐκάλουν Τιβαρηνίαν. Κἀκεῖθεν εἰς Κοτύωρα πόλιν παρεγένοντο Ἑλληνίδα, Σινωπέων ἄποικον. Sic legendum. Nam Κοτύωρα nonnulli veterum etiam appellarunt τὴν Κύτωρον. Ut Xenophon, unde hæc habet Diodorus. *Vossius.*

Παροίνιος ποταμὸς] Lege cum magno Salmasio, Παρθένιος. *Vossius.*

Τίθιον πόλις Ἑλληνὶς, καὶ λιμὴν Ψύλλα, καὶ ποταμὸς Καλλίχορος.

ΜΑΡΙΑΝΔΥΝΟΙ.

Μετὰ δὲ Παφλαγονίαν Μαριανδυνοί εἰσιν ἔθνος. Ἐνταῦθα πόλις ἐστὶν Ἡράκλεια Ἑλληνὶς, καὶ ποταμὸς Λύκος, καὶ ἄλλος ποταμὸς Ὕπιος.

ΒΙΘΥΝΟΙ.

Μετὰ δὲ Μαριανδυνοὺς, εἰσὶ Θρᾷκες Βιθυνοὶ ἔθνος, καὶ ποταμὸς Σαγάρειος, καὶ ἄλλος ποταμὸς Ἀρτώνης, καὶ νῆσος Θυνίας. Οἰκοῦσι δὲ αὐτὴν Ἡρακλεῶται, καὶ ποταμὸς Ῥήβας, εἶτ᾽ εὐθὺς Πόρος, καὶ τὸ προειρημέ-

Tijum urbs Græca, & portus Psylla, & fluvius Callichorus.

MARIANDYNI.

Post Paphlagoniam Mariandynorum est natio. Illic est Heraclea urbs Græca, & fluvius Lycus, & alius fluvius Hypius.

BITHYNI.

Mariandynos sequuntur Thracica gens Bithyni, & flumen Sangarius, & aliud flumen Artanes, & Thynias insula. Inhabitant hanc Heracleotæ, & fluvius Rhebas, statim dein est fretum, & suprà memoratum fanum

Τίθιον πόλις Ἑλληνὶς] Scribendum puto, Τήϊον π. Ἑλληνίς. Sic Strabo passim appellat τὴν Κῖον. Nec aliter Constantinus Porphyrogenneta in Themat. Imp. Orientalis, & Eustathius ad Homerum. Non itaque audiendus vir maximus, qui apud Strabonem Τίειον reponit, pro Τήϊον, idque auctoritate Stephani. Potius ego crediderim, ipsum Stephanum esse emendandum, scribendumque Τήϊον apud eum, non Τίειον. *Vossius.*

Μαριανδυνοὶ] Nonnulli Μαριανδηνοὶ scribunt, per τὸ ι. Sed utrumque dicitur. Xenophon initio Κύρου παιδείας, vocat eos Μεγαδηνούς: Ἦρξε δὲ καὶ Βακτρίων, καὶ Ἰνδῶν, καὶ Κιλίκων. ὡσαύτως δὲ Σακῶν, καὶ Παφλαγόνων, καὶ Μεγαδηνῶν. Sed scribe Μαριανδηνῶν. *Vossius.*

Σαγάρειος] Sæpius legitur Σαγγάριος. Sed variis id vocabulum modis effertur. Quidam Σάγαρον appellant: Latinorum nonnullis est Sagaris: & sic quoque dicitur in libello de fluminibus, qui Plutarcho adscribitur. *Vossius.*

Ἀρτώνης] Lege Ἀρτάνης, ut appellat Arrianus in Ponto Euxino. Vel Ἀρπάννης, ut Marcianus Heracleota in Epitome Artemidori & Menippi. *Vossius.*

Νῆσος Θυνιάς] Legendum, Θυνιάς. *Vossius.*

Εἶτ᾽ εὐθὺς Πόρος] Fuit, quum putarem, legendum, Βόσπορος. Sed nihil mutandum. Πόρος quoque appellatur hoc fretum ab Appiano; ubi inquit, Mi-

fanum in ostio Ponti, post hoc est urbs Chalcedon extra Thraciam, deinde sinus Olbianus. Prætervectio Mariandynorum usque ad intimum sinus Olbiani recessum (tantæ enim magnitudinis est Bithynorum Thracia) dierum est trium. Ab ostio vero Ponti, usque ad Mæotidis paludis ostium, secundum Europam & Asiam æqualis est navigatio.

ρημένον ἱερὸν ἐν τῷ στόματι τοῦ Πόντου, καὶ μετὰ τοῦτο πόλις Χαλκηδὼν ἔξω Θρᾴκης, μεθ' ἣν ὁ κόλπος ὁ Ὀλβιανός. Παράπλους ἀπὸ Μαριανδυνῶν μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κόλπου τοῦ Ὀλβιανοῦ (τοσαύτη γάρ ἐστιν ἡ Βιθυνῶν Θρᾴκη) ἡμερῶν τριῶν. Ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου, ἕως τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος λίμνης, παραπλήσιος ἐστὶν ὁ πλοῦς, ἐπὶ παρὰ τὴν Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν.

MYSIA.

Thraciam excipit gens Mysorum. Est vero ea ad sinistram Olbiani sinus naviganti in Cianum sinum usque Cium. Mysia autem est peninsula. Urbes in ea Græcæ sunt hæ; Olbia cum portu, Callipolis cum portu, promuntorium sinus

ΜΥΣΙΑ.

Μετὰ δὲ Θρᾴκην Μυσία ἔθνος. Ἔστι δὲ τὸ ἐπ' ἀριστερᾷ τοῦ Ὀλβιανοῦ κόλπου ἐκπλέοντι εἰς τὸν Κιανὸν κόλπον μέχρι Κίου. Ἡ δὲ Μυσία ἀκτή ἐστι. Πόλεις δ' ἐν αὐτῇ εἰσιν Ἑλληνίδες αἵδε. Ὀλβία καὶ λιμήν, Καλλίπολις καὶ λιμήν, ἀκρωτήριον τοῦ Κιανοῦ

Mithridati in animo fuisse, πολεμεῖν ἐκ τῆς Εὐρώπης οὖσιν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, τὸν Πόρον ἐν μέσῳ θέμενος, ὃν κληθῆναι τινὲς νομίζουσι Βόσπορον, Ἰοῦς διανηξαμένης, ὅτε βοῦς γενομένη κατὰ ζηλοτυπίαν Ἥρας ἔφευγεν. *Vossius.*

Εἰς Κιανὸν κόλπον μέχρι Κίου &c.] Hæc Cius est, quæ postea Prusa est appellata; ut testantur, cum alii, tum Strabo lib. XII. τῷ δ' Ἀστακηνῷ κόλπος ἄλλος (nimirum Cianus) συνεχής ἐστιν, εἰσέχων μάλιστα πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον· ἐν ᾧ Προῦσά ἐστιν, ἡ Κίος πρότερον ὀνομασθεῖσα. Emendandus est Memnon de Tyrannis Heracleæ, apud Photium: ἐκεῖθεν ὁ Τριάριος ἐπὶ Προυσιάδα τὴν ἐπιθαλάσσιον μετὰ τῆς δυνάμεως παραγίνεται. Αὕτη δὲ Κίος τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο, &c. Vulgo legitur, Κίερος; ut alio item loco apud eundem. Sed male utrobique. *Vossius.*

Κιανοῦ κόλπου, καὶ ἐν ἀριστερᾷ Κίος πόλις, καὶ Κίος ποταμός. Παράπλους δὲ τῆς Μυσίας εἰς Κίον ἡμέρας μιᾶς.

sinus Ciani, ad sinistram Cius urbs, & Cius fluvius. Prætervectio Mysiæ usque Cium est diei unius.

ΦΡΥΓΙΑ.

Μετὰ δὲ Μυσίαν Φρυγία ἐστὶν ἔθνος, καὶ πόλεις Ἑλληνίδες αἵδε· Μύρλεια, καὶ Ῥύνδακος ποταμὸς, καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ Βέσβικος νῆσος, καὶ πόλις Πλακίου, καὶ Κύζικος ἐν τῷ ἰσθμῷ ἐμφράττουσα τὸν ἰσθμὸν, καὶ ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ Ἀρτάκη. Κατὰ ταῦτα νῆσος ἐστὶ καὶ πόλις Προκόννησος, καὶ ἑτέρα νῆσος εὐλίμενος Ἐλαφόνησος. Γεωργοῦσι δ᾽ αὐτὴν Προκοννήσιοι. Ἐν δὲ τῇ ἠπείρῳ πόλις ἐστὶ Πρίαπος, Σάριος, Λάμψακος, Περκώτη,

PHRYGIA.

Mysiam sequitur Phrygum gens, urbesque Græcæ hæ; Myrlea, & Rhyndacus flumen, ad quod est Besbicus insula, & urbs Placia, in angustiis est Cyzicus isthmum obstruens, intra angustias est Artace. Circa hæc est Proconnesus insula cum urbe, aliaque insuper insula Elaphonesus, commodis instructa portubus. Hujus agrum colunt Proconnesii. In continenti est urbs Priapus, Parium, Lampsacus, Percote, Aby-

Κίος πόλις, καὶ Κίος ποταμὸς] Schol. Apollonii lib. I. Κίος ἐστὶ πόλις Μυσίας ἀπὸ Κίου τοῦ ἀφηγησαμένου τῆς Μιλησίων ἀποικίας, ὡς ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης ἐν Κιανῶν πολιτείᾳ. Κατῴκησαν δ᾽ αὐτὴν πρῶτον Μυσοὶ, ἔπειτα Κᾶρες, τρίτον Μιλήσιοι. Καὶ ποταμὸς δέ ἐστιν, οὕτως ὁ ποταμὸς ὀνομαζόμενος τὴν Μυσίαν περιρρέων, οὗ μνημονεύει Σκύλαξ ὁ Καρυανδεύς· περιρρεῖ δὲ καὶ τὴν πόλιν οὗτος. *Vossius.*

Πόλις Πλακίου] Malim, πόλις Πλάκιον, vel Πλακίη. *Vossius.*

Ἐλαφόνησος] Hinc patet, errare Plinium lib. v. cap. XXXI: ubi Proconnesum, & Elaphonnesum, unam eandemque esse insulam asserit. Idem & alios nonnullos autumasse comperi ex Etymologico Magno, in voce Προκόννησος: ubi inquit, ὑπό τινων Προκόννησος Ἐλαφόννησος κέκληται. Sic enim legendum esse arbitror, non Ἀδελφόννησος, ut vulgo. Nec aliunde puto hanc opinionem profluxisse, quam quod πρόξ, & ἔλαφος, idem fere sit. *Vossius.*

Σάριος] Res ipsa docet, legendum esse, Πάριον. Plin. lib. v. cap. XXXII: *Deinde Percote oppidum, & Lampsacum, antea Pityusa dictum. Parium colonia, quam Homerus Adrastium appellavit. Oppidum Priapos*, &c. Atqui diver-

Abydus, ostiumque, quod ad Sestum Propontidis hoc est.

TROAS.

Hinc Troas exordium capit, urbesque in ea Græcæ sunt hæ; Dardanus, Rhœteum, Ilium, quæ stadiis XXV. à mari abest, & in ea est fluvius Scamander. Circa hæc est Tenedus insula cum portu; unde est Cleostratus Astrologus. Oppida in continenti sunt, Achæum,

κώτη, Ἄβυδος, καὶ τὸ στόμα κατὰ Σηστὸν τῆς Προποντίδος τοῦτό ἐστι.

ΤΡΩΑΣ.

Ἐντεῦθεν δὲ Τρωὰς ἄρχεται, καὶ πόλεις Ἑλληνίδες εἰσὶν ἐν αὐτῇ αἵδε· Δάρδανος, Ῥοίτειον, Ἴλιον· ἀπέχει δὲ ἀπὸ τῆς θαλάττης στάδια κέ, καὶ ἐν αὐτῇ ποταμὸς Σκάμανδρος. Καὶ νῆσος κατὰ ταῦτα κεῖται Τένεδος καὶ λιμὴν, ὅθεν Κλειόστρατος ὁ Ἀστρόλογος ἐστί. Καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ τοίχη καὶ Ἀγχιαλεῖον, καὶ

diversam facit Strabo Adrastiam a Pario lib. XIII: ἡ μὲν οὖν Ἀδράστεια πόλις μεταξὺ Πριάπου, καὶ Παρίου, ἔχουσα ὑποκείμενον πεδίον ὁμώνυμον, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν Ἀπόλλωνος Ἀκταίου, καὶ Ἀρτέμιδος κατὰ τὴν ἱπακίαν. Sic lege. Idem facit Stephanus: nec dubium, quin is ex Strabone hauserit. Sed puto Plinium eo respexisse, quod statim post hæc verba subdit Strabo: εἰς δὲ Πάριον μετηνέχθη πᾶσα ἡ κατασκευὴ καὶ λιθία κατασπασθέντος τοῦ ἱεροῦ· καὶ ἀνῳκοδομήθη ἐν τῷ Παρίῳ βωμὸς, Ἑρμοκρέοντος ἔργον, πολλῆς μνήμης ἄξιον, κατὰ τὸ μέγεθος καὶ κάλλος. *Vossius.*

Τὸ στόμα κατὰ Σηστὸν τῆς Προποντίδος τοῦτο ἐστι] *Ostium ad Sestum Propontidis hoc est.* Ita supplendo resarcivi hunc locum, ex editione Hœschelii, quum nullo genere adsequerer, cur ex editione sua Vossius omiserit quintam & sextam in Græcis vocem: quod etsi opiner vitio typorum contigisse, tamen nec in Latinis eam tetigit. *Gronovius.*

Ὅθεν Κλειόστρατος ὁ Ἀστρόλογος ἐστὶ] Hic Cleostratus primus duos hædos, quos Heniochus manu sinistra tenet, inter sidera ostendisse traditur. Autor ejus rei Hyginus in Astronomicis: *Hædos Cleostratus Tenedius dicitur primus inter sidera ostendisse.* Octaëterida quoque primum excogitasse, auctor est Censorinus *Vossius.*

Τοίχη καὶ Ἀγχιαλεῖον] Puto legendum, τοίχη καὶ Ἀχαιόν, vel Ἀχαῖον, pro Ἀγχιαλεῖον. Strabo lib. XIII: μικρὸν δὲ προελθοῦσιν ἀπὸ τῆς παραλίας ταύτης, ἐστὶ τὸ Ἀχαῖον, ἤδη τῆς Τενεδίων περαίας ὑπάρχον. *Vossius.*

Lego hunc locum paulo aliter, quam vir summus, qui vult legi τοίχη καὶ Ἀχαῖον. Ignoscat, si credo melius convenire legi, Σιγεῖον καὶ Ἀχιλλεῖον. Loca sunt nota & obvia in libris. *Palmerius.*

Nec dubitari potest, quin ipsæ literæ confirment prorsus postremum illud

Ἀχιλ-

καὶ κρατῆρες Ἀχαιῶν, Κολῶναι, Λάρισσα, Ἀμάξιτον, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος ἵνα Χρύσης ἱερᾶτο.

Achæum, crateres Achivorum, Colonæ, Lariſſa, Amaxitum, & fanum Apollinis, ubi Chryſes ſacra peragebat.

ΑΙΟΛΙΣ.

ÆOLIS.

Ἐντεῦθεν δὲ Αἰολὶς χώρα καλεῖται. Αἰολίδες δὲ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν ἐπὶ θαλάττῃ αἵδε. Κε-

Regio, quæ ſequitur, Æolis appellatur. Civitates in ea Æolicæ ad mare ſunt hæ; Ce-

Ἀχίλλειον, quod propterea Holſtenius quoque ſic conjecerat in margines Stephani, ut patet pag. 61. ut ambigi de illo non deceat. Prius cur ab eodem ſit intactum, non intelligo, utpote non minus pravum, nec ſatisfacere poteſt Palmerii Σίγειον, quum id nimis extendatur, etſi egregius ille vir viderit, quo tendi oporteret, quod etiam docent exempla ab Holſtenio adſcripta. Scilicet ſcripſit Σίγη καὶ Ἀχίλλειον. Σίγη enim appellatur etiam Stephano. Auſonius quoque dixit in Epitaphio Achillis. *Oſſa leguntur litore Sigæo. Gronovius.*

Κρατῆρες Ἀχαιῶν] Ego putem hoſce crateres Scylacis eſſe eoſdem, ac eos, quos Strabo λιμνοθαλάττας, & paludes, appellat, his verbis lib. XIII: Συμπίπτοντες γὰρ, ὅ τε Σιμόεις, καὶ ὁ Σκάμανδρος ἐν τῷ πεδίῳ πολλὴν καταφέροντες ἰλὺν, προσχοῦσι τὴν παραλίαν, καὶ τυφλὸν στόμα τε καὶ λιμνοθαλάττας καὶ ἕλη ποιοῦσι. Hauriunt enim hæ λιμνοθάλατται, & paludes, omnem eorum fluminum aquam, non ſecus ac crateres. Et ſane quemadmodum κρατὴρ proprie eſt, ἐν ᾧ τι κεράννυται, ſic etiam hæ limnothalattæ, & paludes κρατῆρες appellantur, quod in iis aqua Simoentis, & Scamandri, miſceatur. Sinum fuiſſe olim hic loci, auctor eſt Herodotus lib. II: τῶν γὰρ ὀρέων τῶν εἰρημένων τῶν ὑπὲρ Μέμφιν πόλιν κειμένων τὸ μεταξὺ γ' ἐφαίνετό μοι εἶναι κότε κόλπος θαλάσσης, ὥσπερ γε τὰ περὶ Ἴλιον καὶ Τευθρανίην, καὶ Ἔφεσόν τε, καὶ Μαιάνδρου πεδίον. Et hac de cauſa arbitror, accolas, effoſſa humo, lacus crebriores feciſſe, quo ſuperfluentum Simoentis, & Scamandri undis, eſſent receptacula. Quod ipſum ſatis conſtat Ægyptios quoque factitaſſe, ut, Nilo ſuam inundante regionem, aquæ in effoſſis lacubus deſiderent. *Voſſius.*

Equidem ſi fuerunt effoſſi iſti κρατῆρες, unde illis accidet nomen Achæorum, quum ab his effoſſi non ſint? Non convenit exemplum Ægypti cum hac regione. Si vetus lingua Græcorum reſpiciatur, totus ſinus Surrentinus ſive Neapolitanus olim Crater dictus, ut notat Holſtenius ad Ortelium pag. 27, idque verum eſt, quum teſtetur Strabo libro V. unde excerpſit quoque Ortelius. Scribit CL. Sponius. Mais preſentement l'entrée du port de Troye en eſt bouchée, & il y reſte peu d'eau dans le baſſin, qui eſt preſque tout comblé de ſables. *Gronovius.*

Ἀμάξιτον] Al. Ἀμαξιτός. *Voſſius.*

Κι-

Cebrene, Scepsis, Neandria, Pityia. Prætervectio Phrygiæ à Mysia usque Antandrum est *.

Κέβρην, Σκῆψις, Νεάνδρεια, Πιτίεια. Παράπλους Φρυγίας ἀπὸ Μυσίας μέχρι Ἀντάνδρου.

LESBUS.

Circa hæc est Lesbus, Æolum insula, urbesque in ea v; Methymna, Antissa, Eressus, Pyrrha cum portu, Mitylene binis instructa portubus. Circa hanc est insula cum urbe, Pordoselene appellata. Sed ad continentem redeo, unde ad insulas concesseram.

ΛΕΣΒΟΣ.

Κατὰ ταῦτα ἐστὶ νῆσος Αἰολὶς Λέσβος, ε πόλεις ἔχουσα ἐν αὐτῇ τάσδε, Μέθυμναν, Ἄντισσαν, Ἔρεσσον, Πύῤῥαν καὶ λιμένα, Μιτυλήνην λιμένας ἔχουσαν δύο. Κατὰ δὲ ταύτην νῆσος ἐστὶ καὶ πόλις, ὄνομα δὲ ταύτης Πορδοσελήνη. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην ἐπὶ τὰς νήσους.

LYDIA.

Post Antandrum, & Mysiam inferiorem (extendebatur verò prius Mysia usque ad Teuthraniam) sequitur nunc Lydia. Mysi autem in superiorem continentis tractum concesserunt. Urbes in ea, & in Lydia, Græcani-

ΛΥΔΙΑ.

Ἀπὸ Ἀντάνδρου καὶ τῆς Ἰνδίσης τὸ κάτω ἦν πρότερον μὲν δὴ αὐτὴν ἡ χώρα Μυσία μέχρι Τευθρανίας, νῦν δὲ Λυδία. Μυσοὶ δ᾽ ἐξανέστησαν εἰς τὴν ἤπειρον ἄνω. Εἰσὶ δὲ πόλεις ἐν αὐτῇ Ἑλληνίδες, καὶ ἐν τῇ Λυδίᾳ

Κέβρην] Aliter Κεβρήνη. *Vossius.*

Πιτίεια] Omnino legendum Πιτύεια. *Vossius.*

Παράπλους Φρυγίας ἀπὸ Μυσίας μέχρι Ἀντάνδρου] Puto, hic deesse numerum stadiorum, dierumve. *Vossius.*

Πορδοσελήνη] Strabo, & Stephanus, inquiunt, Ποροσελήνην hanc appellasse nonnullos ἐκκλίνοντας τὸ δύσφημον τοῦ ὀνόματος. *Vossius.*

Ἀπὸ Ἀντάνδρου καὶ τῆς Ἰνδίσης] Corruptissimus est locus. Nec tamen, quomodo emendandus sit, possim affirmare. Mirum enim in modum confusi sunt harum gentium limites: quod Strabo lib. XIII. satis indicat. Cogitabam, num legendum esset hoc pacto: Ἀπὸ Ἀντάνδρου, καὶ τῆς Μυσίας, τῆς κάτω (ἦν πρότερον μὲν αὕτη ἡ χώρα Μυσία μέχρι Τευθρανίας) ἡ νῦν Λυδία. Sed alii viderint. *Vossius.*

Lege

δία αἵδε· Ἄσυρα, οὗ τὸ ἱερὸν οἱ Ἀδραμύτιον. Ἡ δὲ χώρα Λεσβία, καὶ ὑπὲρ ταύτης ἡ Κίων χώρα, καὶ πόλις Ἀταρνεύς. ὑπὸ δὲ ταῦτα ἐπὶ θάλασσαν λιμὴν Πιτάνη, καὶ ποταμὸς Κάικος. Μετὰ Πιτάνην Ἐλαία, Χρυνεῖον Ἀχαιῶν λιμήν. Ἐν τούτῳ λέγονται Ἀχαιοὶ βουλεύσασθαι ἐπὶ τὸν Τήλεφον, πότερον στρατεύοιεν, ἢ ἀπίοιεν. Πόλις Μυρίνα καὶ λιμήν, Κύμη καὶ λιμήν. ὑπὲρ δὲ Κύμης ἐν μεσογείᾳ πόλις Ἑλληνίς ἐστιν Αἴγαι,

canicæ ſunt hæ; Aſtyra, ubi eſt fanum Dianæ, Adramytium. Regio verò hæc eſt Lesbiorum. Supra hanc Chiorum regio, & urbs Atarneus. Inferiùs ad mare eſt portus Pitane, & fluvius Caïcus. Pitanen ſequitur Elæa, Gryneum Achivorum portus. In hoc fama eſt Achivos deliberaſſe, utrum Telepho arma inferrent, an diſcederent. Urbs Myrina cum portu, Cyme cum portu. Supra Cymen in mediterraneo tractu eſt

Lege καὶ τῆς Ἴδης. Nam Antandrus ſub Ida monte fuit: cætera per ſe ſtare poterunt, ſi legas τὰ κάτω. *Palmerius.*

Ἄσυρα οὗ τὸ ἱερὸν οἱ Ἀδραμύτιον] Corruptus locus. Sic mihi videtur conſtituendus: Ἄστυρα οὗ τὸ ἱερὸν Ἀρτέμιδος. Ἀδραμύττιον. Sic namque Strabo lib. XIII.: Μυσίας δὲ Ἄστυρα τὴν πλησίον κώμην φασίν· ἣν δὲ πολίχνη ποτὲ, ἐν ᾗ τὸ τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν ἄλσει, προεστατούμενον μεθ' ἁγιστείας ὑπ' Ἀντανδρίων, οἷς μᾶλλον γειτνιᾷ. *Voſſius.*

Optime repoſuit Voſſius Ἄστυρα, & ex loco Strabonis nobis præluxit ad veram lectionem: non dubito igitur, quin ſcripſerit Scylax: Ἄστυρα οὗ τὸ ἱερὸν οἱ Ἀδραμύττιοι Ἀδραμύττιον, *Aſtyra, ubi ſacrum habent Adramyttii.* Putavit exſcriptor Ἀδραμύττιοι & Ἀδραμύττιον eſſe repetitionem mendoſam, & alterum ſuſtulit. *Palmerius.*

Ἡ Κίων χώρα καὶ πόλις Ἀταρνεύς] Lege, ἡ Χίων χώρα. Loquitur autem hic Scylax de locis, quæ Lesbii, & Chii, in continente poſſederunt; quæ ſanè non paucæ fuerunt. Quin ipſa quoque Troas Lesbiorum fuiſſet jure hæreditario, ni eam Athenienſes, duce Phrynone, præoccupaſſent; ut ſatis conſtat ex Strabonis lib. XIII. Atarneus autem Chiorum fuit: id namque ipſis mercedis loco datum a Mazare, quod Pactyam ei reſtituiſſent: ut cognoſcere eſt ex Herodoti lib. I: ἐξέδοσαν δὲ τὸν Πακτύην οἱ Χῖοι ἐπὶ τῷ Ἀταρνέϊ μισθῷ. Τοῦ δὲ Ἀταρνέως τούτου ἐστὶ χῶρος τῆς Μυσίης, Λέσβου ἀντίος. *Voſſius.*

Χρυνεῖον Ἀχαιῶν λιμήν] Lege, Γρύνειον. Stephanus: Γρύνειον πολίχνιον Μυριναίων, οὗ καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ μαντεῖον ἀρχαῖον, καὶ ναὸς πολυτελὴς λευκοῦ λίθου. ἐν ᾧ τιμᾶται. Ἑκαταῖος δὲ τὴν πόλιν Γρύνειαν καλεῖ. Sic namque legendus hic locus,

est urbs Græca Ægæ, & Leucæ cum portubus, & Smyrna ubi Homerus agebat, Phocæa cum portu, & Hermus fluvius, Clazomenæ cum portu, Erythræ cum portu. Circa has est Chius insula cum portu. Ad continentem me denuo confero. Agra urbs cum portu, Teos urbs cum portu, Lebedus, Colophon, in mediterraneo tractu est Notium cum por-

γαι, καὶ Λεῦκαι, καὶ λιμένες, καὶ Σμύρνα ἐν ᾗ Ὅμηρος ἦν, Φώκαια καὶ λιμὴν, καὶ Τερμὸς ποταμὸς, Κλαζόμεναι καὶ λιμὴν, Ἐρυθραὶ καὶ λιμήν. Κατὰ ταύτας νῆσος ἐστὶ Χῖος καὶ λιμήν. Ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον. Ἄγρα πόλις καὶ λιμὴν, Γῶς πόλις καὶ λιμὴν, Λέβεδος, Κολοφῶν, ἐν μεσογαίᾳ Νότιον καὶ λι-

locus, ut patet è Strabone lib. XIII. cujus ipsissima hæc sunt verba de Grynio. *Vossius.*

Καὶ Λεῦκαι καὶ λιμένες] Lege καὶ Λεῦκαι λιμὴν: Cæterum ordo, quem sequitur Scylax, est turbatus, & quædam posita sunt ὕστερον πρότερον. Nam Phocæam & Hermum debebat memorare ante Leucas & Smyrnam. *Palmerius.*

Merito offendit ad hos λιμένας Vir nobilis. Sed quis ille mos est tot literas ejiciendi? Unde Λεῦκαι credit ab Scylace portum modo considerari? Res clara est, & literæ docent καὶ Τῆμνος. Strabo lib. XIII. Ταῖς Αἰολικαῖς πόλεσιν ἔτι καὶ τὰς Αἰγὰς προσληπτέον καὶ τὴν Τῆμνον. Plinius. V, 29. *Fuit in ora ejus oppidum Temnos, . . . Leuce in promontorio. Gronovius.*

Τερμὸς ποταμὸς] Quis non videt, legendum esse Ἑρμὸς ποταμός? *Vossius.*

Ἄγρα πόλις] Vix dubitem, quin hæc sit eadem, quæ Ptolemæo est Ἀγάρρα, quam Lydiæ adscribit. Admodum enim falluntur, qui putant, hanc eandem ac Ægas Æolicas; quas jam supra recensuit Scylax. *Vossius.*

Non potest esse Αἰγάρρα, quam urbem Ptolemæus Lydiæ adscribit, quæ non attingebat mare (pace commentatoris doctissimi dixerim) sed omnino legendum Ἔραι, quæ urbs erat in eo ordine cum portu, Teiis vicina, de qua Thucydides lib. 8. & Strabo lib. 14, cujus locum adscribam, quoniam emendatione opus habet: Πρὶν δ' ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς Ἐρυθρὰς πρῶτον μὲν Γέραι πολίχνιον, εἶτα Τήιον, *Prius autem, quam veniatur ad Erythras, primum quidem Eræ oppidulum.* Lege ex Thucydide, πρῶτον μὲν γ' Ἔραι, πολίχνιον ἐστὶ Τηΐων. Sed de hoc loco ad Strabonem infra dicendum erit. *Palmerius.*

Γῶς πόλις] Omnino legendum, Τέως πόλις. *Vossius.*

Κολοφῶν, ἐν μεσογαίᾳ Νότιον καὶ λιμὴν] Distingue aliter: Κολοφῶν ἐν μεσογαίᾳ, Νότιον καὶ λιμὴν, ut necesse est. *Palmerius.*

λιμὴν, Ἀπόλλωνος Κλαρίου ἱερὸν, Καΰστρος ποταμὸς, Ἔφεσος καὶ λιμὴν, Μαραθήσιον, καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Μαγνησία πόλις Ἑλληνὶς, Ἄννα, Πανιώνιον, Ἐρασιστράτιος, Χαραδροῦς, Φώκαια, Ἀκαδαμὶς, Μυκάλη· ἐν τῇ Σανίων χώρᾳ ταῦτα ἐστίν. Πρὸ δὲ τῆς Μυκάλης Σάμος ἐστὶ νῆσος πόλιν ἔχουσα καὶ λιμένα κλειστόν. Αὕτη ἡ νῆσος οὐκ ἐλάσσων ἐστὶ Χίου. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην. Ἐπὶ τῆς Μυκάλης ἐστὶ πόλις Πριηνὴς λιμένας ἔχουσα δύο, ὧν τὸν ἕνα κλειστόν. Εἶτα ποταμὸς Μαίανδρος. Παράπλους δὲ Μυσίας καὶ Λυδίας, ἀπὸ Ἀσυρίων μέχρι Μαιάν-

portu, Apollinis Clarii fanum, Cayſtrus fluvius, Epheſus cum portu, Marathesium, & in continenti Magneſia urbs Græca, Anæa, Panionium, Eraſiſtratius, Charadrûs, Phocæa, Acadamis, Mycale: hæc in Samiorum regione ſita ſunt. Mycalæ objacet Samus inſula, quæ urbem habet, & portum clauſum. Non minor eſt Chio hæc inſula. Sed ad continentem denuò me confero, unde digreſſus eram. Ad Mycalen urbs eſt Priene, cum portubus duobus, quorum unus eſt clauſus. Deinde Mæander fluvius. Præternavigatio Myſiæ, & Lydiæ, ab Aſtyriis

Ἄννα. Πανιώνιον] Omnino ſcribendum Ἄναια, non Ἄννα. Ut jam vidit vir incomparabilis Cl. Salmaſius. Eſt autem Anæa urbs Ioniæ; quamvis nonnulli Cariæ attribuant, è regione Sami. *Voſſius.*

Ἐρασιστράτιος, Χαραδροῦς] Nihil alii Geographi, aut Hiſtorici, de his: uti neque iis cognita Ἀκαδαμὶς, quam ſubjungit. Sunt autem omnia hæc loca agri Samii; ut ſatis teſtatur, cum inquit: ἐν τῇ Σαμίων χώρᾳ ταῦτα ἐστίν. Sic namque reſcripſimus, pro Σανίων. Sed de locis, quæ Samii in continenti poſſederunt, conſule cum alios, tum Strabonem lib. XIV. *Voſſius.*

Itaque ut pro virili inſtauremus, pro voce Φώκαια, quam urbem alieno loco ponit, & recte jam ſuperius locata eſt, patet legi debere Φύγελα, quæ ſatis nota apud omnes Geographos, & circa has partes, ita ponente Plinio, ut poſtquam ab Priene conſideraviſſet oram Trogiliam, in qua Panionium, addat, *Juxta à fugitivis conditum Phygela fuit.* In voce Ἀκαδαμὶς ſunt omnia ſimilia voci Ασκανδαλὶς, quam ponit Plinius V, 27. in Lycia. *Gronovius.*

Πριηνὴς] Πριήνη legendum eſſe, quilibet ſatis videat. *Voſſius.*

Παράπλους δὲ Μυσίας, καὶ Λυδίας, ἀπὸ Ἀσυρίων] Quid hoc monſtri? quid huc

riis usque Mæandrum fluvium, duorum est dierum, & unius noctis.

Μαιάνδρου ποταμοῦ, δύο ἡμερῶν καὶ νυκτὸς μιᾶς.

CARIA.

Post Lydiam sequitur Caria; & urbes in ea Græcæ sunt hæ; Heraclea, deinde Miletus, deinde Myndus cum portu, Halicarnassus cum portu clauso, aliusque circa insulam est portus, & fluvius, Calymna insula, Caryanda insula, & urbs, & portus: incolæ ejus Cares: insula Côs, & urbs cum portu clauso. Vicinus his est Ceramicus sinus Cariæ, Syme insula, & Nisyrus cum portu. Denuo ad continentem me recipio. Promuntorium sacrum Triopium, Cnidus urbs Græca,

ΚΑΡΙΑ.

Μετὰ δὲ Λυδίαν Καρία ἐστὶν ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ Ἑλληνίδες αἵδε· Ἡράκλεια, εἶτα Μίλητος, εἶτα Μύνδος καὶ λιμήν, Ἁλικαρνασσὸς καὶ λιμὴν κλειστός, καὶ ἄλλος λιμὴν περὶ τὴν νῆσον καὶ ποταμός, Κάλυμνα νῆσος, Κρυΐνδα νῆσος καὶ πόλις καὶ λιμήν, οὗτοι Κᾶρες, νῆσος Κῶς καὶ πόλις καὶ λιμὴν κλειστός. Κατὰ ταῦτα Κεραμιακὸς κόλπος τῆς Καρίας, Σιωνησὸς δὲ Εὖρος καὶ λιμήν. Ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον. Ἀκρωτήριον ἱερὸν Τριόπιον, Κνίδος πόλις Ἑλληνίς, καὶ

huc τὸ Ἀσσυρίων facit? quis credat ab Assyriis, qui Thermodontem accolunt, Mæandrum usque bidui noctisque velificatione perveniri? apage nugas hasce, & lege Ἀστυρίων. Ab Astyra enim orditur Scylax descriptionem Mysiæ, & Lydiæ. Sed de hac supra. *Vossius.*

Κρυΐνδα νῆσος] Scribe Καρυάνδα: & habebis patriam Scylacis nostri. *Vossius.*

Κατὰ ταῦτα Κερμικὸς κόλπος] Scribe, Κεραμικός. Urbs enim dicitur Κέραμος. Cave autem putes, Con insulam vicinam huic sinui. Rhodo enim proximus sinus Ceramicus: Coos Triopio, de quo infra Scylax. Schol. Theocriti ad Idyll. XVII: ἡ Βερενίκη θυγάτηρ Ἀντιγόνης τῆς Κασσάνδρου τοῦ Ἀντιπάτρου ἀδελφοῦ, ἐστηκδακότος τὴν ἐν Κῷ περὶ Τριόπιον τῶν Δωριέων σύνοδον, καὶ τὴν αὐτόθι δρωμένην πανήγυριν &c. Ita legendum. Vulgo enim pessime, τὴν ἐν περιτροπίᾳ. *Vossius.*

Σιωνησὸς δὲ Εὖρος καὶ λιμήν] Mutila lectio. Forte sic emendandus locus: Σύμη νῆσος, καὶ Νίσυρος καὶ λιμήν. *Vossius.*

καὶ χώρα ἡ Ῥοδίων, καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Καῦνος Καρικὴ πόλις καὶ λιμὴν κλειστὸς, Κράγος ἀκρωτήριον.

ca, & Rhodiorum regio, & in continenti Caunus, Carica urbs, cum portu clauso, Cragus promuntorium.

ΡΟΔΟΣ.

R H O D U S.

Ῥόδος κατὰ τοῦτο νῆσος τρίπολις, ἀρχαία πόλις. Καὶ ἐν αὐτῇ πόλεις αἵδε· Ἰαλυσσὸς, Λίνδος, Κάμειρος. Κατὰ δὲ τὴν Ῥόδον αἵδε νῆσοι εἰσὶν οἰκούμεναι· Χαλκεία, Τῆλος, Κρά-

Circa hoc est Rhodus insula tribus constans urbibus, urbs antiqua: & in ea urbes hæ; Ialyssus, Lindus, Camirus. Prope Rhodum insulæ habitatæ sunt hæ; Chalcia, Telus, Casus,

Ῥόδος κατὰ τοῦτο νῆσος τρίπολις ἀρχαία πόλις] Nihil mutandum esse arbitror. Insulas enim πόλεις appellari, nihil novi. Sic & supra; Φάρος νῆσος Ἐρημίς· καὶ Ἴσσα νῆσος, καὶ πόλεις Ἑλληνίδες αὗται. Himerius apud Photium in oratione, quæ inscribitur, εἰς τὴν τῶν Κυπρίων ἐπιδημίαν, inquit, τὴν Κύπρον οἱ ποιηταὶ θεῶν Ἀφροδίτῃ χαρίζονται. Ὥσπερ τὴν Δῆλον Ἀπόλλωνι. Ἡ γὰρ Κύπρος πόλις μεγάλη. Sic quoque apud Eustachium Archilochus Thasum τρισοιζυρὴν πόλιν vocat. Apud Aristophanem Sicilia insula dicitur πόλις, cum de ea sic loquitur:

Οἷα πόλις πάλαισα διαλυμαίνεται.

Unde apud Hesychium: πόλιν τὴν Σικελίαν, ἀντὶ τοῦ νῆσον. Sic legendum. Vulgo perperam πολιστὴν, Σικελίαν ἀντὶ τοῦ νῆσον. Anacreonti Samus ἄστυ νυμφίων appellatur. Idem Hesychius: ἄστυ νυμφίων, τὴν Σάμον Ἀνακρέων, ἐπεὶ ὕστερον εὔυδρος ἐγένετο. Sed, ut inquit Julius Pollux lib. IX: τοῖς ποιηταῖς καὶ τὰς κώμας λέγουσι πόλεις, οὐ παράσημον. Sed nequeo satis mirari, quod cum Pollux hoc loco inquiat, κώμας a poëtis quibusdam urbes vocari, statim, in testimonium istius rei, subdat hos Euripidis versus:

Εὔβοια Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις. Ixione.

Ἅπασα Πελοπόννησος εὐτυχεῖ πόλις. Temenidis.

At quis unquam Eubœam, & Peloponnesum, κώμην dixit? certe nemo. Harpocration etiam in voce Κεῖοι, testis est, Lysiam, in oratione περὶ τῶν ἰδίων εὐεργεσιῶν, ita scripsisse: Οἱ Κεῖοι μὲν πόλις τεσσάρων. Unde mirum videtur Josephum libro I. contra Appionem, reprehendere Ephorum, quod tradiderit, πόλιν μίαν εἶναι τοὺς Ἴβηρας, τοὺς τοσοῦτο μέρος τῆς ἑσπερίας γῆς κατοικοῦντας. Plane enim fallitur ipse. Græci quippe, ut ex his, quæ jam attulimus, satis patet, non tantum πλειόνων κωμῶν κοινωνίαν appellant πόλιν, sed etiam πλειόνων πόλεων κοινωνίαν.. *Vossius.*

Κράγος] Corrige cum Salmasio, Κάσος. *Vossius.*

Θεανισ-

sus, Carpathus tribus constans urbibus. Et prætervectio Cariæ, à Mæandro fluvio usque ad Cragum Cariæ promuntorium, est duorum dierum. Sed rursum me ad continentem confero, unde abscesseram.

Κράσ@, Κάρπαθος, αὕτη τρίπολις. Καὶ ὁ παράπλους Καρίας, ἀπὸ Μαιάνδρου ποταμοῦ ἐπὶ τὸν Κράγον ὅ ἐστι Καρίας ἀκρωτήριον, δύο ἡμερῶν. Ἐπάνειμι πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην.

LYCIA.

Post Cariam sequitur gens Lyciæ. Lyciorum civitates sunt hæ, Telmissus cum portu, & fluvius Xanthus, per quem navigatur ad urbem Patara, quæ portum habet, Phellus urbs cum portu. Circa hæc est insula Rhodiorum Megista, Limyra urbs, in quam adverso flumine navigatur, inde Gagæa

ΛΥΚΙΑ.

Ἀπὸ δὲ Καρίας Λυκία ἐστὶν ἔθνος· καὶ πόλεις Λυκίοις αἵδε· Θεανιοσὸς καὶ λιμὴν, καὶ ποταμὸς Ξάνθος, δι' οὗ ἀνάπλους εἰς Πάταρα πόλιν, καὶ λιμένα ἔχει, Φελλὸς πόλις καὶ λιμήν. Κατὰ ταῦτα νῆσος ἐστὶ Ῥοδίων Μεγίστη, Λίμυρα πόλις, εἰς ἣν ὁ ἀνάπλους κατὰ τὸν ποταμὸν, εἶτα Λιγαία πόλεις εἶτα

Θεανιοσὸς καὶ λιμὴν] Emenda, Τελμισσὸς καὶ λιμὴν. *Vossius.*

Ξάνθος, δι' οὗ ἀνάπλους εἰς Πάταρα πόλιν] Hæc acriter exagitat Vossius in notis ad Melam, adeo ut Xanthi ostia ab Limyris remotiora & ultra Patara notet fuisse sita, immo ut id falsum esse dicat & omnino verum esse vel errasse Scylacem, vel ita scripsisse Ξάνθος δι' οὗ ἀνάπλους εἰς πόλιν. Πάταρα πόλις ἣ καὶ λιμένα ἔχει. Equidem scribit Strabo, μετὰ τὸν Ξάνθον esse Πάταρα; sed eo sermone non abigitur hæc urbs ab Xanthi ripa. Immo Appianus lib. IV. Belli Civilis, quum Πάταρα describat πόλιν ἐοικυῖαν ἐπινείῳ Ξανθίων, certe significat apposita fuisse illi fluvio, per quem descensus erat ad ejus velut navale. Itaque ἀνάπλους qui innuitur ab Scylace, potest accipi non multus ab mari. Etiam ἀνάπλους ex mari ad urbem Limyra erat circiter XX. modo stadiorum. *Gronovius.*

Φελλὸς πόλις] Lege Φελλὸς πόλις, ex omnibus. *Vossius.*

Εἶτα Λιγαία πόλεις] Forte legendum est: εἶτα Γαγαία πόλις. Stephanus: Γάγαι πόλις Λυκίας, ἣν καὶ παλαιὸν τεῖχος, καὶ χώραν φησὶν Ἀλέξανδρος, ἐν πρώτῃ Λυκιακῶν. Sæpissime enim urbium nomina, quæ in αι terminantur, fiunt singularia, additione τοῦ α, ut Αἴγαι Αἰγαία, Πύλαι Πυλαία, Ἀμφαναὶ Ἀμφαναία, & sexcentis aliis. *Vossius.*

εἶτα Χελιδονίαι, ἀκρωτήριον καὶ νῆσοι δύο, καὶ Διονυσιὰς νῆσος, ἀκρωτήριον καὶ λιμὴν Σιδηροῦς. Ὑπὲρ δὲ τούτου ἱερὸν Ἡφαίστου ἐν τῷ ὄρει, καὶ πῦρ πολὺ αὐτόματον ἐκ τῆς γῆς καίεται καὶ οὐδέποτε σβέννυται. Καὶ ἐὰν προσέλθῃς ἀπὸ θαλάττης ἀνώτερον, ἐστὶ Φασηλὶς πόλις καὶ λιμήν. Ἔστι δὲ τοῦτο κόλπος καὶ Ἴδυρος πόλις, νῆσος Αὐργία, Τεία, Ὀλβία, Μάσηδος, καὶ ποταμὸς . . . . Περπίπολις, καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος.

Gagæa urbs, inde Chelidoniæ, promuntorium cum duabus insulis, & Dionysias insula, promuntorium & portus Siderûs. Supra id est fanum Vulcani in monte, multusque ignis terra editus ardet sua sponte, neque unquam extinguitur. Si vero à littore ad superiora concesseris, occurret urbs Phaselis cum portu. Deinde est sinus & urbs Idyrus, insula Lyrnatia, Olbia, Magydus, & fluvius Cataractes, Perge urbs, & fanum

Εἶτα Χελιδόναι ἀκρωτήριον καὶ νῆσοι δύο] Lego, Χελιδονίαι. Hujus promuntorii meminit Plinius lib. v. cap. XXVII. Strabo ἄκραν ἱερὰν vocat lib. XIV. Sed miror, cum Dionysius Alexandrinus, Strabo, Plinius, & alii plures, tres Chelidonias insulas faciant, Scylacem binas tantum dicere. *Vossius.*

An opus erat priore hujus annotationis parte ei, qui legerat Hœschelii notam, quæ sic ad hunc locum habet? (m. f. Χελιδωνίαι. Ptolem. Χελιδονίαι, Strab. Χελιδονέαι & Χελιδονίαι lib.16.) Et tamen hanc exstare Vossius noverat. *Gronovius.*

Διονυσιὰς νῆσος] Malim Διονυσία νῆσος, ut Plinius lib. v. cap. XXX. *Vossius.*

Ἀκρωτήριον καὶ λιμὴν Σιδαροῦς] Puto, hanc eandem esse, ac illam, de qua Stephanus, Σιδαροῦς πόλις Λυκίας, καὶ λιμήν, &c. Sic legendum. *Vossius.*

Ἔστι δὲ τοῦτο κόλπος, καὶ Ἴδυρος πόλις] Lego, ἔστι δὲ κατὰ τοῦτο κόλπος, καὶ Ἴδυρος πόλις. Idyri autem urbis meminit ethnicographus; quamvis is eam Pamphyliæ tribuat: Ἴδυρος πόλις καὶ ποταμὸς Παμφυλίας. Ἢ καὶ Ἰδυρὶς ὀξυτόνως. *Vossius.*

Νῆσος Αὐργία, Τεία, Ὀλβία, Μάσηδος καὶ ποταμὸς * * * Περπίπολις] In alio codice erat, καὶ ποταμὸς Καταρρα * * Unde fac Καταῤῥάκτης. Totum autem locum ex emendatione magni Salmasii ita rescribe: νῆσος Λυρνατία, Ὀλβία, Μάγυδος, καὶ ποταμὸς Καταῤῥάκτης ποταμός, Πέργη πόλις καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος. *Vossius.*

Utique Καταρράκτης hic vel Καταῤῥάκτης etiam notus fuit & publicatus in hoc loco ab Hœschelio, & Λυρνατία fuerit Lyciæ χεῤῥόνησος vel χωρίον, non legitur fuisse νῆσος. Unde forsan erit, ut hæc Scylacis νῆσος Αὐργία possit esse Ste-

num Dianæ. Prætervectio Lyciæ est diei & noctis. Secundum terram vero altera est parte longior. Est enim sinuosa.

δος. Ἐντεῦθεν παράπλους ἐστὶν ἀπὸ Λυκίας ἡμέρας καὶ νυκτός· ἐστὶ γὰρ κολπώδης. Ὁ δὲ παρὰ γῆν διπλάσιος τούτου.

PAMPHYLIA.

Lyciam excipit Pamphyliæ regio, urbesque in ea sunt hæ; Aspendus urbs, ad quam adverso amne navigatur; amni vero nomen est Eurymedon. Inde urbs Syllium, item alia urbs Side Cumæorum colonia, cum portu. Prætervectio Pamphyliæ à Perga est diei dimidiatæ. Sunt & aliæ urbes in Pamphylia, Cibyra, inde Coracesium.

ΠΑΜΦΥΛΙΑ.

Μετὰ δὲ Λυκίαν ἐστὶ Παμφυλία ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε, Ἄσπενδος πόλις, εἰς ταύτην ὁ ἀνάπλους γίνεται κατὰ ποταμὸν, ὁ δὲ ποταμός ἐστιν Εὐρυμέδων. Εἶτα πόλις Σύλλον, ἄλλη πόλις Σίδη Κυμαίων ἀποικία, καὶ λιμήν. Παράπλους Παμφυλίας ἀπὸ Πέργης ἥμισυ ἡμέρας. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις Παμφυλίας, Κίβυρα, εἶτα Κορακήσιον.

CILICIA.

Post Pamphyliam sequitur Cilicia, urbesque in ea sunt hæ; Selinûs, Charadrus urbs cum

ΚΙΛΙΚΙΑ.

Μετὰ δὲ Παμφυλίαν Κιλικία ἐστὶν ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· Σελινοῦς, Χαραδροῦς

Stephani Byzantii νῆσος Αργαίς. Porro hanc oram Lyciæ sic retulit Geographus Ravennas lib. II. *Aspendos*, *Perge*, *Antrapa*, *Cambra*, *Magydo*, *Erinudi*, *Atalia*, *Olivia*, *Faselis*. Ubi in quarto & tertio vocabulo patet residere literas vocis Καταρρ., quasi præter Cataracten fluvium fuerit aliquod instar urbis in ostio ejus exstructum. Etsi videatur ante vocem Πέργη fluvius præivisse. *Gronovius*.

Ἐντεῦθεν παράπλους ἐστὶν ἀπὸ Λυκίας] Suspectus locus. Forte; Πέργη πόλις, καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος ἐνταῦθα. Παράπλους δὲ ἐστὶν Λυκίας ἡμέρας καὶ νυκτός. Ὁ δὲ παρὰ γῆν διπλάσιος τούτου. Ἐστὶ γὰρ κολπώδης. Inquit Lyciam, procul a littore cursum tenenti, spatio diei & noctis prætervehi: oras vero legentibus, laciniasque sinuum circumeuntibus, biduo & binoctio opus esse, cum sit maxime sinuosa. *Vossius*.

Σύλλον] Scribendum omnino est, Σύλλιον, vel Σύλλειον. *Vossius*.

Νά-

δρῦς πόλις καὶ λιμήν. Ἀνεμοῦρον ἄκρα καὶ πόλις, Νάμαος πόλις, καὶ νῆσον ἔχει. Πρὸς δὲ τὴν Σητὸν λιμένα Ποσειθέριον, Σάλον, Μυοῦς, Κελενδερὶς πόλις, καὶ λιμὴν Ἀφροδίσιος, καὶ λιμὴν ἕτερος, Ὀάνοι πόλις Ἑλληνὶς ἀπέχουσα, Σαρπηδὼν πόλις, Ἔρημος καὶ ποταμός, Σόλοι πόλις Ἑλληνίς, Ζεφύριον πόλις, ποταμὸς Πύραμος, καὶ πόλις Μαλλός, εἰς ἣν ὁ ἀνάπλους κατ

cum portu, Anemurium promuntorium & urbs, Nagidus urbs, quæ insulam habet. Ad Setum vero portum est Poseitherium, Solûs, Celenderis urbs, & portus Aphrodisius, item alius portus Hoani urbs Græca distans * * * Sarpedon urbs, Eremus & fluvius, Soli urbs Græca, Zephyrium urbs, fluvius Pyramus, & urbs Mallus, ad quam adverso navigatur amne, emporium

Νάμαος πόλις, καὶ νῆσον ἔχει] Puto, legendum esse, Νάγιδος. Stephanus: Νάγιδος πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Παμφυλίας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Μετὰ δὲ Νάγις πόλις, ἀπὸ τοῦ Νάγιδος κυβερνήτου, καὶ νῆσος Ναγιδοῦσα. Νάγιδος δὲ ἐκλήθη, διὰ τὸ Νάγιν αὐτὴν κτίσαι. *Vossius.*

Πρὸς δὲ τὴν Σητὸν λιμένα] Ita etiam Latina Vossii *Ad Setum vero portum*, quo nomine prorsus nemo illic fuit. Sed egregie nomen illi verum restituo τὴν Σύκην. Ex Stephano & Athenæo nota fuit viris doctis Cilissa illa Σύκη: sed eam hîc positam fuisse unus profecto nos docet Ravennas Geographus ita recensens hæc loca, *Anemurion*, *Arsinoe*, *Sicæ*, *Celenderis*, ut abhinc ille Scylacem sit stabiliturus. Arsinoen quoque notat Strabo ἔχειν πρόσορμον. *Gronovius.*

Ποσειθέριον] Ποσείδειον, Salmasius. *Vossius.*

Λιμὴν Ἀφροδίσιος] Aliis Ἀφροδισιά. *Vossius.*

Ὀάνοι πόλις ἑλληνὶς ἀπέχουσα] Existimo, hic numerum stadiorum, vel navigationis spatium, intercidisse: imò vereor, ne & ipsum urbis nomen corruptum sit. *Vossius.*

Satis liquido in vocabulo primo residet urbs Ὄλμοι, quæ aliis appellata Ὄλμος, quam plane facit Strabo Celenderi vicinam, nisi quod postponat, quum Scylax videatur priorem locare. Sed id constat sæpius accidere. *Gronovius.*

Σαρπηδὼν πόλις ἔρημος καὶ ποταμὸς] Suspectus locus. Forte leg. Σαρπηδὼν πόλις, ὅρμος καὶ ποταμός. Verius tamen puto, Σαρπηδὼν πόλις καὶ λιμὴν ἔρημος καὶ ποταμός. Sic quoque infra; αὗται πᾶσαι λιμένας ἔχουσι ἐρήμους. *Vossius.*

Non potest dubitari, quin pro Ἔρημος sit reponendum Λάτμος. Hoc enim

porium Adana cum portu, Myriandrus Phœnicum, Thapsacus fluvius. Prætervectio Ciliciæ, à Pamphyliorum terminis, usque Thapsacum flumen, est trium dierum & duarum noctium. A Sinope vero, quæ in Ponto, per continentem, & Ciliciam usque Solos, à mari ad mare, iter est dierum v.

κατὰ τὸν ποταμὸν, ἐμπόριον Ἀλάνη καὶ λιμὴν, Μυρίανδος Φοινίκων, Θάψακος ποταμός. Παράπλους Κιλικίας ἀπὸ τῶν Παμφυλίων ὁρίων μέχρι Θαψάκου ποταμοῦ τριῶν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν δύο. Ἐκ δὲ Σινώπης τῆς ἐν τῷ Πόντῳ, διὰ τῆς ἠπείρου, καὶ τῆς Κιλικίας εἰς Σολουσίδος, ἐστὶν ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν ἡμερῶν ε.

CYPRUS.

Circa Ciliciam est Cyprus insula; urbesque in ea sunt hæ; Salamis Græca civitas, cum portu clauso ad hibernandum commodo, Carpasia, Cerynia,

ΚΥΠΡΟΣ.

Κατὰ δὲ Κιλικίαν ἐστὶ νῆσος Κύπρος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· Σαλαμὶς Ἑλληνὶς, λιμένα ἔχουσα κλειτὸν χειμερινὸν, Καρπάσεια, Κερωύεια, Λή-

enim nomine locus & fluvius illic occurrit apud Strabonem, ὁ Λάτμος ποταμὸς καὶ κώμη ὁμώνυμος, ideo Scylax quoque noluit dare dignationem urbis. *Gronovius.*

Ἐμπόριον Ἀλάνη καὶ λιμὴν] Lege ex emendatione viri incomparabilis Clar. Salmasii, Ἀδάνη: quamvis ea sit mediterranea. *Vossius.*

Μυρίανδος] Μυρίανδρος erat scribendum. *Vossius.*

Ἐκ δὲ Σινώπης τῆς ἐν τῷ Πόντῳ διὰ τῆς ἠπείρου, καὶ τῆς Κιλικίας εἰς Σολέπιδος &c.] Facile, qui attendat, animadvertet, locum esse depravatum. Lego, Ἐκ δὲ Σινώπης τῆς ἐν τῷ Πόντῳ διὰ τῆς ἠπείρου, καὶ τῆς Κιλικίας εἰς Σόλους, ὁδός ἐστιν ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν ἡμερῶν ε. Neque est, quod quisquam dubitet de hac nostra emendatione. Ecce verba Herodoti lib. II. Ἡ δὲ Αἴγυπτος τῆς ὀρεινῆς Κιλικίης, μάλιστά κῃ ἀντίη. Ἐνθεῦτεν δὲ ἐς Σινώπην, τὴν ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ, πέντε ἡμερέων εὐθεῖα ὁδὸς εὐζώνῳ ἀνδρί. Nihil certius. *Vossius.*

Λιμένα ἔχουσα κλειτὸν] Nihil mutandum. Λιμὴν κλειτὸς idem est, qui κλειστός. Similiter λιμένα κλυστὸν, etiam κλυτὸν dixerunt veteres, ablegato τοῦ σ. Glossographus: λιμένα κλυτὸν, τὸν ἀεὶ κλυδωνιζόμενον ὑπὸ τῆς θαλάττης λιμένα, ἐκβιβλημένου τοῦ σ. Vide eum. *Vossius.*

Κερωύεια] Sic scribendum, non Κεραύνια, ut apud Ptolomæum. Plinio est Cinyria transpositis literis. Male *Vossius.*

Λήπηθις Φοινίκων, Σόλοι, καὶ αὕτη λιμένα ἔχει χειμερινὸν, Μάριον Ἑλληνὶς, Ἀμαθοῦς, αὐτόχθονές εἰσιν. Αὗται πᾶσαι λιμένας ἔχουσαι ἐρήμους. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις ἐν μεσογείᾳ βάρβαροι. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν ἤπειρον, ὅθεν ἐξετραπόμην.

nia, Lapethus Phœnicum, Soli, & hæc habet portum ad hyemandum commodum. Marium urbs Græca, Amathus, cujus incolæ indigenæ ſunt. Omnes hæ civitates portus habent vacuos. Sunt & aliæ urbes Barbaræ in tractu mediterraneo. Sed ad continentem redeo, unde diſceſſeram.

ΣΥΡΙΑΣ, ΚΑΙ ΦΟΙΝΙΚΗΣ.

Ἔστι μετὰ Κιλικίαν ἔθνος Σύροι. Ἐν δὲ τῇ Συρίᾳ οἰκοῦσι τὰ παρὰ θάλατταν Φοίνικες ἔθνος, ἐπὶ στενὸν ἔλαττον ἢ ἐπὶ τέτταρας ὄντας σταδίους, ἀπὸ θα-

SYRIÆ, & PHOENICÆ.

Poſt Ciliciam Syrorum gens ſequitur. Syriæ vero tractum litoralem habitat Phœnicum natio. Ea, quà maximè coarctatur, ne quatuor quidem

Λήπηθις] Scribe, Λάπηθος. *Voſſius.*

Μάριον] Unus tantum Stephanus hujus urbis meminit. *Voſſius.*

Miror unde huic adoleſcenti ita ſcribere in mentem venerit, quum utique Ortelius Stephano addat Plinium, qui eam urbem quoque nominaverit. Et tamen ad locum Plinii ita agit Harduinus, ut & ipſe videatur non niſi illos duo Ortelianos habere auctores, in quibus ille muſſitat, quum vellet utique notam facere, qualem Holſtenius ad v. Ἀρσινόη, immo alii Stephani interpretes intra Scylacem, Plinium, & Stephanum ſubſiſtentes, mirifice ſtudioſi. Quid igitur, quum legerunt Diodorum Siculum lib. XIX. cap. 59. Ἀπαγγέλλων ὅτι Νικοκρέων μὲν καὶ τῶν ἄλλων οἱ κράτιστοι βασιλεῖς πρὸς Πτολεμαῖον πεποίηνται) συμμαχίαν· ὁ δὲ Κιτιεὺς καὶ Λαπηθιος (nam male editur Λαπίθιος, quum ea ſyllaba recte ſe habeat in Scylace) ἔτι δὲ καὶ Μάριος καὶ Κερυνίτης τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν συντίθενται). Scilicet quum in ejuſdem libri capite 62. legimus Συνοικισθεῖσιν δὲ τὸν βασιλέα τῶν Μαρίων προσαγαγόμενοι τὸν Ἀμαθουσίων δυνάστην ἠνάγκασαν ὅμηρα δοῦναι, ubi & Κερυνίαν & Λάπηθον, & Κιτίων πόλιν adjungit, id tolerabimus, & non ſtatim vel Μαρίων, vel Μαριέων intelligemus? Certe hos non nominaret Diodorus, niſi ſupponeret urbem Μάριον. *Gronovius.*

Ἔλαττον ἢ ἐπὶ τέτταρας ὄντας σταδίους] Puto legendum τετταράκοντα, & ſic intelligo: *in anguſtiis minoribus ſtadiorum quadraginta, alicubi vero neque ſtadiorum decem latitudinem habent.* Nam quæ foret ea phraſis, τέτταρας ὄντας στα-

dem ſtadiis abeſt à mari: aliis vero in locis x. ſtadiorum latitudinem non exæquat. Ultra Thapſacum fluvium eſt Tripolis Phœnicum, Aradus inſula & portus, regia Tyri & portus, VIII. circiter ſtadiis à terra diſtans, & in peninſula alia civitas Tripolis: ea ex Arado, & Tyro, & Sidone deducta eſt, & una in civitate urbes tres, muroque unaquæque diverſo continetur, & mons Dei fa-

θαλάττης· ἐνιαχῆ δὲ οὐδὲ ἐπὶ σταδίους ι' τὸ πλάτος. Ἀπὸ δὲ Θαψάκου ποταμοῦ ἐστὶ Τρίπολις Φοινίκων, Ἄραδος νῆσος καὶ λιμὴν, βασίλεια Τύρου, ὅσον ή στάδια, καὶ λιμὴν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐν τῇ Χερρονήσῳ ἑτέρα πόλις Τρίπολις. αὕτη ἐστὶν Ἀράδου, καὶ Τύρου, καὶ Σιδῶνος· ἐν τῷ αὐτῷ τρεῖς πόλεις, καὶ περίβολον ἑκάστη τοῦ τείχους ἴδιον ἔχων, καὶ ὄρος Θεοῦ πρόσωπον,

σταδίους, profecto ex τετταράκοντα deleto forte κ, duas voces τέτταρας ὄντας fecerunt exſcriptores. *Palmerius.*

Ἀπὸ δὲ Θαψάκου ποταμοῦ] Apud neminem Thapſaci fluminis mentionem puto exſtare. Urbem Thapſacum & alii memorant. *Voſſius.*

Βασίλεια Τύρου ὅσον ή στάδια καὶ λιμὴν] Verba hæc ordini ſuo ſic reſtituenda ſunt; βασίλεια Τύρου καὶ λιμὴν, ὅσον ή στάδια ἀπὸ γῆς. *Voſſius.*

Si forte: nam dubito, an tantæ trajectioni donari oporteat hunc locum, quem interpretor; *regia Tyri circiter octo ſtadia* occupans ſpatio, *& portus ab terra*, hoc eſt, verſus Syriam, non ad occidentem & magnum mare. *Gronovius.*

Ετέρα πόλις Τρίπολις αὕτη ἐστὶν Ἀράδου καὶ Τύρου καὶ Σιδῶνος] Hæc multo celebrior eſt, quam illa altera Tripolis, quæ præceſſit: cujus ſane nullam alibi mentionem fieri arbitror; hujus vero apud Hiſtoricos, & Geographos, paſſim mentio occurrit. Libet hic ſubjicere accuratiſſimam ejus deſcriptionem ex Diodori Siculi lib. XVI. Κατὰ τὴν Φοινίκην, ἐστὶ πόλις ἀξιόλογος ὄνομα Τρίπολις οἰκείαν ἔχουσα τῇ φύσει τὴν προσηγορίαν. τρεῖς γὰρ εἰσὶν ἐν αὐτῇ πόλεις σταδιαῖον ἀπ' ἀλλήλων ἔχουσαι διάστημα· ἐπικαλεῖται δὲ τούτων ἡ μὲν Ἀραδίων, ἡ δὲ Σιδωνίων, ἡ δὲ Τυρίων· ἀξίωμα δ' ἔχει μέγιστον αὕτη τῶν κατὰ τὴν Φοινίκην πόλεων, ἐν ᾗ συνέβαινε τοὺς Φοίνικας συνέδριον ἔχειν, καὶ βουλεύεσθαι περὶ τῶν μεγίστων. *Voſſius.*

Περίβολον ἑκάστη τοῦ τείχους ἴδιον ἔχων] Ita edidit hunc locum Voſſius, parem in eo ſyntaxin conſtituens, quam Clar. le Moyne quondam in fragmento Cratini ad Barnabæ Epiſtolam pag. 753. ἴτυθη προσοικῶς. quam quum rogarem quomodo tueretur, negabat ſuum eſſe ad verba attendere. Ita illi ſunt

ferreo

πον, Τῆρος καὶ λιμὴν, Βηρυτὸς πόλις καὶ λιμὴν, Βορινὸς, πορφυρέων πόλις, Σιδὼν πόλις καὶ λιμὴν κλειστὸς, Ὀρνίθων πόλις Σιδωνίων. Ἀπὸ Λεόντων πόλεων, μέχρι Ὀρνίθων πόλεως, Τυρίων πόλις Σάρα. Εἶτα ἄλλη πόλις Τύρος λι-

facies, Tyrus cum portu, Berytus urbs cum portu, Borinus, Porphyreon urbs, Sidon civitas cum portu clauso, Avium civitas Sidoniorum. A Leonum civitate, usque Avium civitatem, est Tyriorum urbs Sarra. Inde alia urbs Tyrus, cum portu, qui

ferreo stomacho. At Hœschelius dederat περίβολον ἑκάστῃ τοῦ τείχους, quem dativum secundus editor in primum convertit. Debuit progredi, ut etiam legeretur εἶχεν vel εἶχον. *Gronovius.*

Τῆρος καὶ λιμὴν] Puto legendum: Τύρος πόλις; quamvis nullo auctore. Crebrum enim est Tyri nomen his in locis, ut ex sequentibus patet. *Vossius.*

Itaque quum ita sine auctore ullo sustinet constituere Geographiam veterem, quid nisi infeliciter delirat? Certe enim constat scriptum ab Scylace esse Τριήρης. Strabo lib. XVI pag. 754 quum egisset de præcedente Tripoli, eique συνεχὲς εἶναι τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον, εἰς ὃ τελευτᾷ ὁ Λίβανος τὸ ὄρος, pergit: Μεταξὺ δὲ Τριήρης χωρίον τι. Sic ex urbe paulatim declinaverat ille locus inter ætatem Scylacis & Strabonis, cujus causa est apud Polybium v, 68. Antiochus Marathum prætergressus ποιησάμενος τὴν εἰσβολὴν κατὰ τὸ καλούμενον Θεοῦ-πρόσωπον, ἧκε πρὸς Βηρυτὸν, Βότρυν μὲν ἐν τῇ παρόδῳ καταλαβόμενος, Τριήρη δὲ καὶ Κάλαμον ἐμπρήσας. *Gronovius.*

Βηρυτὸς πόλις καὶ λιμὴν] Stephanus sic vocatam inquit hanc urbem διὰ τὸ εὔυδρον. Βὴρ γὰρ τὸ φρέαρ παρ' αὐτοῖς. Hesychius Βὴρ, τὸ φρέαρ. Nimirum, באר. *Vossius.*

Σιδὼν καὶ λιμὴν κλειτὸς] Pro κλειστός. Sic quoque supra de Salamine in Cypro; ad quem locum vide, quæ notavimus. Portus enim Sidoniorum claudi poterat, adeo ut tuto in hoc naves hibernarent. Sed operæ pretium fuerit, si de nobilissimo hoc Sidoniorum portu consulas Achillem Tatium in limine suavissimi operis. *Vossius.*

Ἀπὸ Λεόντων πόλεων] Lege, πόλεως. *Vossius.*

Βορινὸς πορφυρέων πόλις] Omnino amplectenda lectio illustris Salmasii; Βηρυτὸς πόλις καὶ λιμὴν βορεινὸς, Πορφυρεὼν πόλις. *Vossius.*

Valde ambigo, an secedi sic oportuerit ab scriptura primigenia, quam Hœschelius dedit πορφυρέων; nam videtur intellexisse urinatores ipsos ad piscandas purpuræ conchas, ut sit secundus casus τοῦ πορφυρεύς. Certe urbs Πορφυρεὼν Stephano, ut videtur, ex Polybio v, 68 memorata hinc longe abest, utpote vicina regno Ægypti. *Gronovius.*

Τυρίων πόλις, πόλις Σάρα] Atqui Sara sive Sarra, eadem est, quæ Palætyrus: Palæ-

qui intra muros continetur. Hæc insula est Tyriorum regia, & abest à continenti stadiis III. Palætyrus urbs, quam fluvius mediam perlabitur, & urbs Ecdippum, & fluvius, & Ace urbs,

λιμένα ἔχουσα ἐντὸς τείχους. Αὕτη δ' ἡ νῆσος βασίλεια Τυρίων, καὶ ἀπέχει στάδια ἀπὸ θαλάττης γ'. Πάλιν Τύρος πόλις, καὶ ποταμὸς διὰ μέσης ῥεῖ, καὶ πόλις τῶν * * * καὶ πο-

Palætyrum verò statim post recenset. Præterea constat, Græcos hoc ævo ignorasse Sarram. Sero enim a Romanis id nomen acceperunt. Sarram vero esse Palætyrum, non est, quod quisquam ambigat. Mentio ejus est Josuæ cap. XIX. De ea enim intelligendum, non de Tyro insula, quam multis demum sæculis post conditam esse, testantur Josephus, Eusebius, aliique. Palætyrus ergo Græcorum, est Latinorum Sarra; unde Carthaginensium origines esse constat. Tyrum enim insulam ita nemo dixit. Quamvis Hebræi ignorent discrimen: utramque enim, & Tyrum veterem, & Tyrum insulam צר appellant communi vocabulo. Ex quo, quia Græci, Latinique צ, sive τς non habent, tum σ abjecto fecere Τύρος: tum τ rejecto, *Sarra.* Nullo itaque modo apud Scylacem toleranda Sarræ appellatio. Scribe, Τυρίων πόλις Σάρεπτα, ἄλλη πόλις Τύρος &c. quæ est magni Salmasii emendatio. Saraptam nemo ignorat. *Vossius.*

Ἀπέχει στάδια ἀπὸ θαλάττης γ'] Nescio utrum de industria, an per conniventiam Vossius ita interpretatus sit *abest a continenti stadiis* III, quod mutari oportet. *Gronovius.*

Πάλιν Τύρος πόλις καὶ ποταμὸς] Omnino legendum est, Παλαίτυρος. Scio, Ptolomæo, (nisi locus corruptus) Tyrum, vocari Palætyrum: sed quam recte, viderint alii. Inter litorales enim urbes Syriæ numerat Tyrum ἐπέχουσαν κατὰ μῆκος μοίρας ξζ. κατὰ πλάτος λγ'. ς'. Tyrum vero insulam μεσόγειαν, magis ad boream, κατὰ μῆκος, ξζ. πλάτος, λγ. γ. Falluntur enim, qui de eadem Tyro Ptolomæum loqui credunt. Idem error apud Stephanum; ubi inquit, Tyrum quoque Παλαίτυρον vocitatam. *Vossius.*

Καὶ πόλις τῶν * * *] Mirum in modum, quæ sequuntur, exesa sunt. Vestigiorum tamen reliquiis insistendo, hoc potui exsculpere: Καὶ πόλις τῶν Εκδιππῶν καὶ ποταμὸς, καὶ Ἄκη πόλις. Ἑξῆς Βῆλος πόλις Τυρίων, Κάρμηλος ὄρος καὶ ἱερὸν Διὸς, Ἄραδος πόλις Σιδωνίων, Συκαμίνων πόλις Σιδωνίων, Ἰόππη. Ἐκτεθῆναί φασιν ἐνταῦθα τὴν Ἀνδρομέδαν τῷ κήτει. Ἀσκάλων πόλις Τυρίων, καὶ βασίλεια ἐνταῦθα τῆς Κοίλης Συρίας. *Vossius.*

Termini continentium sunt: Europæ quidem atque Africæ columnæ Herculis: Africæ & Asiæ Nilus, vel, ut alii volunt, Isthmus ille a palude Sarbonide & sinu Arabico: Asiæ vero & Europæ terminum antiqui dixerunt Phasin fluvium, & Isthmum, qui à Sarbo ad mare Caspium extenditur; postea autem recentiores Mæotidem paludem & fluvium Tanaïn.

Ὅροι ἠπείρων· Εὐρώπης μὲν καὶ Λιβύης αἱ Ἡρακλέους στῆλαι· Λιβύης δὲ καὶ Ἀσίας ὁ Νεῖλος, οἱ δὲ Ἰσθμὸν τὸν ἀπὸ Σαρβωνίδος λίμνης καὶ Ἀραβίου κόλπου. Ἀσίας δὲ καὶ Εὐρώπης οἱ μὲν ἀρχαῖοι (λέγουσι) Φάσιν ποταμὸν καὶ τὸν ἕως Κασπίας Ἰσθμὸν, τὸν ἀπὸ Σάρβω. οἱ δὲ ὕστερον νεώτεροι Μαιῶτιν λίμνην καὶ Τάναϊν ποταμόν.

Con- Ἐκλή-

Σαρβωνίδος.] Ptolemæus & Plinius vocant *Sirbonem*. Si autem iste isthmus est terminus Africæ & Asiæ, certe sinus Arabicus non omnis debebitur Asiæ, sed ex parte Africæ cedet. *Temulius.*

Phasin.] Quare veteres, & in his Herodotus & Æschylus, Asiæ & Europæ terminum statuerint Phasin, rationem reddit Procopius lib. IV. Histor. Goth. *Quia Phasis ex adverso Gaditani freti se attollens terras velut æquus secat. A freto quippe fusum mare terras utrinque submovet: at Phasis, ubi maxime desinit Pontus, in medium ejus sinum lunæ in morem curvatum semel dejiciens, continuat acceptam à mari terrarum divisionem.* Quæ ratio sane elegans videri posset, nisi Phasis in septentrionem assurgeret ultra gradum quadragesimum quintum; Fretum autem Gaditanum in meridiem deprimeretur ad gradum trigesimum sextum. *Temulius.*

Λέγουσι Φάσιν.] Inepti librarii omiserant τὸ λέγουσι, quod necessario supplendum est. Nisi ob similitudinem periit φάσιν. *Temulius.*

Τὸν ἀπὸ Σάρβω] Mirifica Isthmi descriptio, quasi unus ille foret. Ego has

Ἐκλήθησαν δὲ Ἤπειροι ἀπειρόι τινες οὖσαι δι' ἄγνοιαν. Ἀσία δὲ ἀπὸ τοῦ ἄσσον εἶναι τοῖς ἀπ' Εὐρώπης ἀπιοῦσι καὶ πεζῇ, καὶ νήσοις στιχηδὸν κειμέναις, ὧν Εὔβοια, Ἄνδρος, Τῆνος, Μύκονος, Ἰκαρία, Σάμος, Μυκάλη. Ἡ δὲ Εὐρώπη ἀπὸ τοῦ Εὔρου ὠνομάσθη. Λιβύη ὑφ' Ἑλλήνων ἦν ἄγνωστος πάνυ· ἀπὸ δὲ ἔθνους ἐπισήμου Φοινικῶς ὠνομάσθησαν λέοντες. Ὠκεανὸς δὲ

Continentes autem appellantur Græca voce quasi infinitæ, ob ignorationem. Asia dicta est ab ἄσσον, quod propinqua sit ex Europa in illam euntibus, sive terrestri itinere, sive navali secundum insulas ordine sitas, quales sunt Eubœa, Andros, Tenos, Myconos, Icaria, Samos, Mycale. Europa dicta est ab Euro. Lybia Græcis plane latebat, sed à populo nobili inter Phœnices, & significat leones. Oceanus dictus ab æstuum

has tres voces non reperi in MSSo, & videntur prorsus alienæ. *Gronovius.*

Ἄσσον εἶναι.] In MS. erat ἰέναι. Herodotus lib. 4. cap. 45. tres continentes ait induisse nomine mulieres. Ἤδη γὰρ Λιβύη μὲν ἀπὸ Λιβύης λέγεται ὑπὸ τῶν πολλῶν Ἑλλήνων ἔχειν τοὔνομα γυναικὸς αὐτόχθονος. Ἡ δὲ Ἀσίη, ἀπὸ τῆς Προμηθέος γυναικὸς τὴν ἐπωνυμίην. *Jam enim Libya quidem à plerisque Græcorum fertur sortita nomen à Libya quadam muliere indigena: Asia vero ab uxore Promethei.* Europam cunctatur deducere á Tyria, Agenoris filia Europa, cum illa ex Phœnice in Cretam, ex Creta transierit in Africam: quæ tamen denominatio pluribus placuit. *Tennulius.*

Mycale.] Hic non est mons, sed insula, ut & apud Plin. lib. 5. c. 31. ponitur inter insulas ante Asiam in ora Ioniæ. *Mycalen*, *Trogilias*, *Tropsilon. Tennulius.*

Φοινικως.] In MS. Φοίνικως, restitui poterat Φοίνικος integro sensu. *Tennul.*

Λέοντες.] In MS. quod Vendelino notatum jam erat, exstabat πλέοντες spurium. Nam Libyam totidem istis literis לבאים exprimi videmus, quæ leones nobis repræsentant, non navigantes. *Tennulius.*

Φοινικῶς ὠνομάσθησαν λέοντες] Id videtur quidem nimis doctum, quam ut ab Agathemere potuerit sciri. Unde quum in MSto invenissem Φοίνικες ἐπωνομάσθησαν πλέοντες, quorum ultimum habuit quoque codex Chiffletianus, non potui aliter censere, quin hæc esset vera lectio, hoc sensu: Libya autem plane ab Græcis ignorabatur: sed ab populo nobili Phœnices vel Pœni cognominabantur navigantes, vel navigationibus dediti, vel propter navigationes, quas eodem modo studiose exercebant, ut Phœnices in Syria; ab

ſtuum terras undique pulſantium concitatione.

δὲ διὰ τὸ ὠκέως ἀνύειν κύκλῳ τὴν γῆν.

Tandem Dicæarchus definit orbem terrarum non aquis, ſed ductu lineæ cujuſdam ſimpliciter rectæ, à columnis Herculis per Sardiniam, Siciliam, Peloponneſum, Ioniam, Cariam, Lyciam, Pamphyliam, Ciliciam, & Taurum, & inde uſque ad Imaum actæ: Secundum quam alias orbis partes Boreales, alias Auſtrales nominat.

Δικαίαρχος δὲ ὁρίζει τὴν γῆν οὐχ ὕδασιν, ἀλλὰ τομῇ εὐθείᾳ ἀκράτῳ, ἀπὸ στηλῶν διὰ Σαρδοῦς, Σικελίας, Πελοποννήσου, Ἰωνίας, Καρίας, Λυκίας, Παμφυλίας, Κιλικίας καὶ Ταύρου, ἑξῆς ἕως Ἰμάου ὄρους. Τῶν τοίνυν τόπων τὸ μὲν Βόρειον, τὸ δὲ Νότιον ὀνομάζει.

De

Περὶ

ab qua vitæ ſimilitudine ait ab Græcis vocatos primo fuiſſe Africæ incolas etiam Phœnices vel Pœnos. In voce Λιβύη ſedere ſignificationem leonis, idque in ſermone Phœnicio nequivit ſcire Agathemerus. *Gronovius.*

Ὠκέως.] Rara origo Oceani, cum deducatur omnibus ab Ὠγὴν vel Ὠγῆνος. Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromat. Ζὰς ποιεῖ φᾶρος μέγα τε καὶ καλὸν, καὶ ἐν αὐτῷ ποικίλλει γῆν καὶ Ὠγῆνον καὶ Ὠγήνου δώματα. *Jupiter facit magnum pulchrumque pallium, & varie in eo deſcribit terram & Ogenum & domos Ogeni*, hoc eſt, Oceanum & ejus ſinus. Heſychius. Ὠγὴν, Ὠκεανός. Celeberrimus Bochartus hujus originem refert ad Phœnicum חוג *Og*. Interpretatur *mare ambitus*. Vel Græcam ἀμφιτρίτην. *Tennulius.*

Κύκλῳ.] Plerique *circulum* addunt Oceano. Orpheus in hymno Jovis & Junonis.

Τὸν κύκλον ἀκαμάτου καλλιρρόου Ὠκεανοῖο,
Ὃς γαῖαν δίνῃσι πέριξ ἔχει ἀμφιελίξας.
Circulum Oceani indefeſſi & pulchriflui,
Qui terram continuo æſtu circumvolvitur.

Strabo lib. 2. Ἡ οἰκουμένη κύκλῳ περιρρεῖται τῷ ὠκεανῷ. *Tennulius.*

Ἰωνίας] Hæc quidem vox perquam dubia eſt. Nec enim illa ſic jacet, ut ab Peloponneſo recta poſſit linea eam tranſire ita ut tendat verſus Cariam, utique ipſam mari Græco & Peloponneſo obverſam. Nec eſt in MS. Regio. *Gronovius.*

Olym-

Περὶ Ἀνέμων.

ΚΕΦ. β΄.

Ἄνεμοι δὲ πνέουσιν ἀπὸ μὲν Ἰσημερινῆς ἀνατολῆς Ἀπηλιώτης, ἀπὸ δὲ Ἰσημερινῆς δύσεως Ζέφυρος, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας Νότος, ἀπὸ δὲ ἄρκτου Ἀπαρκτίας. Ἀπὸ δὲ τροπῆς θερινῆς Καικίας. Ἐξῆς δὲ ἀπ' Ἰσημερινῆς ἀνατολῆς Ἀπηλιώτης, καὶ ἀπὸ χειμερινῆς Εὖρος.

Δυσμικοὶ δὲ ἀπὸ μὲν δύσεως χειμερινῆς Λὶψ, καὶ ἐξῆς πάλιν ἀπὸ δύσεως Ἰσημερινῆς Ζέφυρος, ἀπὸ δὲ δύσεως θερινῆς Ἀργέστης ἤτοι Ὀλυμπίας. εἶτα Νότος καὶ Ἀπαρκτίας ἀντιπνέοντες· γίνονται οὖν ὀκτώ.

Τιμοσθένης δὲ, ὁ γράψας τοὺς περίπλους, δώδεκά φησι, προστιθεὶς μέσον Ἀπαρκτίου καὶ Καικίου Βορέαν, Εὔρου δὲ καὶ Νότου Φοίνικα τὸν καὶ Εὐρόνοτον, μέσον δὲ Νότου καὶ Λιβὸς τὸν Λευκόνοτον

De Ventis.

CAPUT II.

Venti autem flant ab Æquinoctiali ortu Apeliotes, ab occasu Æquinoctiali Zephyrus; à meridie Notus, à Septentrione Aparctias: ab æstivi Tropici ortu Cæcias; dein ab ortu Æquinoctiali Apeliotes, ab hyberno denique Eurus.

Rursum ab occasu hiberno Libs, deinde ab occasu Æquinoctiali Zephyrus, ab occasu verò æstivo Argestes, alias Olympias dictus. Tandem Notus & Aparctias adversi flant; ita ut sint octo.

Timosthenes autem, qui conscripsit circumnavigationes, tradit duodecim ventos, inter Aparctiam & Cæciam medium ponens Boream, inter Eurum & Notum Phœnicem, qui & Euronotus, inter Notum & Libem

Olympias.] Hunc ventum & Aristoteles tradit ab occasu solstitiali flare; Hesychius vero fingit ab Olympo monte spirantem. Ὀλυμπίου πνοαὶ, ὀλύμπιος ἄνεμός ἐστι ὁ ἀπὸ τοῦ Ὀλύμπου πνέων Ζέφυρος. *Tennulius.*

Cir-

bem Leuconotum, qui alias Libonotus, inter Aparctiam & Argesten Thrascian, quem accolæ etiam Circium appellant. Gentes autem habitare limites, Bactrianos quidem sub Apeliote, Indos sub Euro, sub Phœnice mare Rubrum & Æthiopiam; sub Noto Æthiopiam ultra Ægyptum. Ad Leuconotum Garamantas, qui supra Syrtes colunt, ad Libem Æthiopas & occidentales supra Mauros; ad Zephyrum vero columnas Herculis & initia Africæ & Europæ, ad Argestem Iberiam, quæ nunc Hispania; Ad

κόνοτον ἤτοι Λιβόνοτον, μέσον δὲ Ἀπαρκτίου καὶ Ἀργέστου Θρασκίαν, ἤτοι Κίρκιον ὑπὸ τῶν περιοίκων. Ἔθνη δὲ οἰκεῖν τὰ πέρατα κατ' Ἀπηλιώτην Βακτριανούς, κατ' Εὖρον Ἰνδούς, κατὰ Φοίνικα Ἐρυθρὰν θάλασσαν καὶ Αἰθιοπίαν, κατὰ Νότον τὴν ὑπὲρ Αἴγυπτον Αἰθιοπίαν. Κατὰ Λευκόνοτον τοὺς ὑπὲρ Σύρτεις Γαράμαντας, κατὰ Λίβα Αἰθίοπας καὶ δυσμικοὺς ὑπὲρ Μαύρους· κατὰ Ζέφυρον Στήλας καὶ ἀρχὰς Λιβύης καὶ Εὐρώπης, κατ' Ἀργέστην Ἰβηρίαν τὴν νῦν Ἱσπανίαν· κατὰ δὲ

Circium.] Huic vento Augustus cum in Galliis moraretur, templum vovit & fecit, tanquam salubris aëris causæ. Senec. lib. 5. Nat. cap. 17. *Tennulius.*

Quæ gentes.] Timosthenis hæc ventorum metatio convenit tantum horizonti Alexandrino; quod in transitu monuisse non est inutile. Fuit autem Timosthenes præfectus classibus Alexandrinis Philadelphi. Strabo lib. IX. Τιμοσθένης ναύαρχος τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου, ὁ καὶ τοὺς λιμένας συντάξας ἐν δέκα βίβλοις. *Timosthenes secundi Ptolemæi classi præfectus, qui opus de portubus decem libris constans conscripsit.* Hunc ante Eratosthenem vixisse & ab eodem compilatum tradit autor epitomes Artemidori Ephesii. Ἐρατοσθένης Κυρηναῖος, οὐκ οἶδα τί παθών, τὸ Τιμοσθένους μετέγραψε βιβλίον, βραχέα τινὰ προσθείς· μηδὲ τοῦ προοιμίου τοῦ μνημονευθέντος ἀποσχέσθαι, ἀλλ' αὐταῖς λέξεσι κἀκεῖνο τοῦ οἰκείου προσθεῖναι συγγράμματος. *Eratosthenes Cyrenæus, nescio quo affectu ductus, Timosthenis librum in suum transtulit, pauca quæpiam de suo addens: adeo ut nec proœmio ejus, de quo dicebam, abstineat; sed ad verbum illud suo operi apponat. Tennulius.*

Iberia quæ nunc Hispania.] Sunt enim & Iberi ad Pontum, coloni Iberorum in Hispania. Socrates lib. 1. Histor. Eccles. cap. 20. *Tennulius.*

δὲ Θρασκίαν τοὺς ὑπὲρ Θρᾴκην Σκύθας· κατὰ δὲ Βορρᾶν Πόντον, Μαιῶτιν, Σαυρομάτας· κατὰ Καικίαν Κασπίαν θάλασσαν καὶ Σάκας.

ad Thrascian Scythas supra Thraciam; ad Borean Pontum, Mæotin ac Sauromatas; ad Cæciam denique Mare Caspium & Sacas.

Περίπλους θαλασσῶν.

Circumnavigatio marium.

ΚΕΦ. γ'.

CAPUT III.

Ἔστι δὲ ἡ μεγάλη Σύρτις σταδίων ͵ε, ἡ δὲ μικρὰ σταδίων ͵αχ', τὸ δὲ στόμα τοῦ Ἀδρίου, ὃ καλοῦσί τινες Ἰώνιον πέλαγος, ἔχει διάπλουν σταδίων ͵αψ'. ἀπὸ ἄκρας Ἰαπυγίας ἐπὶ Κεραύνια ὄρη τῆς Ἠπείρου.

SYrtis autem major quinque millibus stadiorum ambitur, minor mille & sexcenta continet. Fauces vero maris Adriatici, quod nonnulli vocant Ionium pelagus, patent in latitudinem 1700 stadia, à promontorio Japygiæ ad montes Ceraunios Epiri.

Διαδέχεται τὸ Αἰγαῖον Ἑλλήσποντος, λήγων εἰς Ἄβυδον καὶ Σηστὸν, εἶτα ἡ Προποντὶς λήγει εἰς Χαλκηδόνα καὶ Βυζάντιον, ἔνθα τὰ στενὰ, ἀφ' ὧν ὁ Πόντος ἄρχεται· Εἶτα ἡ Μαιῶτις λίμνη.

Ægæum mare sequitur Hellespontus ad Abydum & Sestum desinens: mox Propontis usque ad Chalcedonem & Byzantium patens, ubi angustiæ, à quibus Pontus incipit, post quem jacet Palus Mæotis.

Πά-

Rur-

Ad Thrasciam Scythas.] Thrascias est Circius, qui ad Horizontem Romanum venit ex Galliis. *Tennulius.*

Ad Borean Pontum.] Pontus in horizonte Alexandrino premitur non Borea, sed Aparctia; qui ventus quoniam hic omittitur, puto subesse mendum. *Tennulius.*

Περίπλους θαλασσῶν.] Hoc caput tertium (quod hinc exordiebatur Vendelinus)

Rursum si incipias à confiniis Africæ & Europæ, erit Ibericum mare, quod à Columnis pertinet ad montem Pyrenæum, inde Ligusticum ad fines usque Hetruriæ. Huic adjacet Sardoum supra Sardiniam versus Africam inferne vergens. Tyrrhenum ab extrema Liguria porrigitur usque ad Siciliam. Deinde sequitur Libycum, Creticum & Siculum, tum & Ionium cum Adriatico; quod ipsum à Siculo mari refunditur. Postea se offert Corinthiacus sinus, qui & Alcyonium mare vocatur.

Πάλιν δὲ ἀπ' ἀρχῆς Εὐρώπης καὶ Λιβύης, Ἰβηρικὸν τὸ ἀπὸ Στηλῶν εἰς Πυρήνην τὸ ὄρος, Λιγυστικὸν δὲ τὸ ἕως τῶν τῆς Τυρρηνίας περάτων. Σαρδῷον δὲ τὸ ὑπὲρ Σαρδώ, νεῦον πρὸς Λιβύην κάτω. Τυρρηνικὸν δὲ τὸ μέχρι Σικελίας ἀρχόμενον ἀπὸ τῶν Λιγυστικῆς ἄκρων. εἶτα Λιβυκὸν, εἶτα Κρητικὸν καὶ Σικελικὸν, καὶ Ἰώνιον καὶ Ἀδριατικὸν ἀνακεχυμένον ἐκ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους, ὃν καλοῦσι Κορινθιακὸν κόλπον, ἤτοι Ἀλκυονίδα θάλασσαν.

Inter Sunium & Scyllæum pro-

Τὸ Σουνίου καὶ Σκυλλαίου πε-

sinus) totum videtur desumptum ex Timosthene, vel qui Timosthenem expressit Artemidoro: ita in Ægyptum & Canopum identidem collineat. Patet sane capite V, (quod citra controversiam est Artemidori) Timosthenem illic, ubi Siciliam metitur Artemidorus, auctorem laudari. Ita Timosthenem Artemidorus, Artemidorum Agathemeres noster exscribit. *Tennulius.*

Ἀδριατικὸν.] Vitiose legebatur Ἀδρίαν τὸν. Tanta fuit librarii vel ignorantia vel supinitas. *Tennulius.*

Καὶ Ἀδρίαν τὸ ἀνακεχυμένον] Ita retinui, quum exstaret in MS. Chifletii, quum proculdubio scripsisset ita Agathemerus, ut patet vel ex initio hujus capitis τὸ δὲ στόμα τοῦ Ἀδρίου, ὃ καλοῦσί τινες Ἰόνιον πέλαγος vel ex capite V. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῷ Ἀδρίᾳ νῆσοι. *Gronovius.*

Σκυλλαίου.] Apud Ptolomæum legitur Σκύλλιον ἄκρον. Verum, ut ex Strabone aliisque constat, vocari debet hoc Hermionæ vicinum Promontorium Σκύλλαιον, à Scylla Nisi filia, quam à Minoë, quod ei, deperdita ipsius amore, Nisæam prodidisset, in mare demersam, fluctibus eo ejectam ibique sepultam ferunt. *Tennulius.*

περιερχόμενον πέλαγος Σαρωνικὸν, εἶτα Μυρτῷον καὶ Ἰκάριον, ἐν ᾧ αἱ Κυκλάδες, εἶτα Καρπάθιον καὶ Παμφύλιον καὶ Αἰγύπτιον· ὑπὲρ δὲ τὸ Ἰκάριον ἑξῆς ἀνάκειται τὸ Αἰγαῖον.

Ἔστι δὲ ὁ τῆς Εὐρώπης παράπλους, ἀπὸ Τανάιδος ποταμοῦ ἐκβολῶν ἕως Ἡρακλείων στηλῶν, σταδίων μυριάδων ἓξ καὶ θ,ψθ΄· τῆς δὲ Λιβύης ἀπὸ Τίγγιος ἕως στόματος Κανωβικοῦ σταδίων μυριάδων δύο καὶ θ,σνβ΄. τῆς δὲ Ἀσίας, ἀπὸ Κανώβου ἕως Τανάιδος ποταμοῦ μετὰ τῶν κόλπων, ὁ παράπλους σταδίων μυριάδων δ΄ καὶ ρια΄. ὁμοῦ παράλιος σὺν κόλποις τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης σταδίων μυριάδων ιγ΄ καὶ θ,οβ΄, συμμετρουμένης τῆς Μαιώτιδος λίμνης, ἧς περίμετρος σταδίων θ΄. τὸ δὲ στόμα ὁ Κιμμέριος Βόσπορος σταδίων οη΄.

promontoria jacet Saronicum pelagus, hinc ſequitur Myrtoum & Icarium, quod continet inſulas Cycladas: inde tranſitur in Carpathium, Pamphylium atque Ægyptium, ſuper autem Icarium ſtatim eſt Ægæum.

Europæ autem ab oſtiis Tanais fluvii ad columnas Herculis præternavigatio ſtadiorum eſt 69709; Africæ vero ab oppido Tingi uſque ad oſtium Nili Canobicum ſtadiorum 29252. Aſiæ omnis à Canobo ad Tanain fluvium præternavigatio ſtadiorum 40111, ſinubus una comprehenſis: Ita ut littoralis omnis ora univerſi noſtri orbis conficiat ſummam ſtadiorum 139072: ſi tamen Mæotis palus, cujus ambitus eſt ſtadiorum 9000, connumeretur: Ejus oſtium vocatur Boſporus Cimmerius, longus ſtadia 78.

Ὁ Eu-

Περιερχόμενον] Melius in MS. altero περιεχόμενον *Gronovius*.

Ἀνάκειται τὸ Αἰγύπτιον] Niſi ſcripſit ἀναχεῖται. *Gronovius*.

Μυριάδων ἓξ καὶ ,θψθ΄.] In his numeris latere mendum non dubium eſt: puto legendum μυριάδων ἓξ καὶ ψθ΄. *Tennulius*.

Συμμετρουμένης.] Lege οὐ συμμετρουμένης. Sic invenies 60709. 29252. 40111. conficere dictam ſummam 139072. *Tennulius*.

Σπι-

Euxinus vero Pontus ambitur stadiis 23083. Thracius Bosporus, angustiæ, quas Darius ponte junxit subitario aggrediens Scythas, stadiorum sex.

Mare Persicum, quod est rotundum, ostium suum contrahens promontorio Carmaniæ & Arabiæ, habet circuitum stadiorum 20000. Ostium vero

Ὁ δὲ Πόντος σταδίων δυσμυρίων ͵γπγ, ὁ δὲ Θράκιος Βόσπορος τὰ στενά, ὅπη Δαρεῖος ἐζεύξεν ἐπὶ Σκύθας τὴν σχεδίαν, σταδίων ς'.

Ἡ δὲ Περσικὴ Θάλασσα κυκλοτερὴς οὖσα, συνάγουσα τὸ στόμα ἄκρῳ Καρμανίας καὶ Ἀραβίας, περίμετρον ἔχει μυριάδων δύο σταδίων. Ἔστι δὲ τὸ μετα-

Σταδίων ͵γπγ'.] Sic est in MS. non hic describit trajectum, qui est à Mœotidis exitu ad ostia Ponti; sed Ponti ambitum: Ergo exprimendum fuisset. δυσμ'. ͵επγ'. Stadia, inquam, 25083. vero proxima, ut in fine libri secundi Agathemeres docet. *Tennulius.*

Σχεδίαν.] Subintellige γεφύραν. Sic loquitur Herodotus de ponte Bosporum hunc committente. Lib. 4. c. 88. Δαρεῖος δὲ μετὰ ταῦτα ἡσθεὶς τῇ σχεδίῃ, τὸν ἀρχιτέκτονα αὐτῆς Μανδροκλέα τὸν Σάμιον ἐδωρήσατο. *Post hæc Darius ponte sublicio delectatus, autorem ejus Mandroclem Samium donavit.* Ibidem cap. 89. Διέβη τὸν Βόσπορον κατὰ τὴν σχεδίην. *Transmisit ponte subitario Bosporum.* Justinus meminit tantum Istri à Dario ponte juncti lib. 2. 5. *Darius metuens, ne interrupto ponte Istri reditus sibi intercluderetur, amissis octoginta millibus hominum, trepidus refugit.* Idque omnes de Dario testantur. Quid dicemus de Cyro, quem nostri homines negant trajecisse Bosporum, affirmantem Ammianum Marcellinum falsi accusant. Lib. XXIII. *Cyrum Bospori fretum cum multitudine fabulosa transgressum, ad internecionem delevit Tomyris regina Scytharum, ultrix acerrima filiorum.* Clamant hæc à nullo alio esse memoriæ mandata. Atqui Philostratus in Heroicis fol. 677. Ἐλάσας γὰρ Κῦρος ὑπὲρ ποταμὸν Ἴστρον, ἐπὶ Μασσαγέτας τε καὶ Ἰσσηδόνας, τὰ δὲ ἔθνη ταῦτα Σκύθαι, ἀπέθανέ τε ὑπὸ γυναικὸς, ἣ τούτων ἦρχε τῶν βαρβάρων. *Projectus enim Cyrus ultra Istrum fluvium adversus Massagetas atque Issedones, gentes Scythicas, à muliere, quæ his Barbaris imperabat, interfectus est.* Ut Amazonum Patria dubia est apud auctores, sic de regno Tomyris certatur; nisi velimus Cyrum Bosporo Thracio Istroque trajectis circuisse Pontum per Bosporum Cimmerium, & ita in Scythiam Asiaticam regyrasse, *Tennulius.*

Stadiorum sex] Longitudo Bospori est CXX. stadiorum: Latitudo (ut Herodotus reliquit lib. 4. cap. 85.) quatuor stadiorum; vel teste Plinio lib. 4. cap. 12. CCCCC. passuum. Imo ipse autor infra lib. II. cap. 14.

Eis

μεταξὺ Ἀραβίας καὶ Καρμανίας στόμα σταδίων υ΄.

Ἡ δὲ Ὑρκανία, ἤτοι Κασπία θάλασσα, μηνοειδής ἐστι, κατὰ δέ τινας καὶ περιμήκης, ἐστὶ σταδίων δισμυρίων δισχιλίων· τὸ δὲ στόμα αὐτῆς ἔχει τὸ διάρμα σταδίους δ΄.

Ὁ δὲ Ἀράβιος κόλπος, στενὸς ὢν καὶ περιμήκης, ἄρχεται ἀφ' Ἡρώων πόλεως παρὰ τὴν Τρωγλοδυτικὴν ἕως τῆς Πτολεμαΐδος, τῆς ἐπὶ θήρας, σταδίων ͵θ, τὸ μῆκος.

Τὰ δὲ κατὰ Δείρην στενὰ σταδίων ξ΄, ἔνθεν ἑξῆς πλοῦς σταδίων ͵ϛφ΄,

vero ipsum inter Arabiam & Carmaniam patet stadia 400.

Hyrcanum vero, quod & Caspium mare, lunato flexu sinuatum, & ut aliis placet, oblongum, extenditur in stadia 22000, ostium vero trajicitur stadiis quatuor.

Arabicus sinus, qui est angustus & oblongus, initium capit ab Heroum oppido, præterit oram Troglodyticam, usque ad oppidum Ptolemaïdem ad venationes; habet stadiorum 9000 longitudinem.

Hujus sinus fauces ad oppidum Diren latæ stadia 60: inde

Εἰς τετραστάδιον αὖθις στενοῦται καὶ στόμα τοῦ Πόντου. Itaque numerus δ vertit in ϛ. *Tennulius.*

Μεταξὺ Ἀραβίας καὶ Καρμανίας στόμα.] Sic malim legere, quam hyperbaton illud, quod erat τὸ μεταξὺ στόμα Ἀραβίας καὶ Καρμανίας retinere. *Tennulius.*

Ἡρώων πόλεως.] Sic reposui, non quomodo legebatur, ποταμοῦ. Quis enim unquam fluvium illic legit aut vidit hujus nominis? Scimus oppidum esse in extremo recessu sinus Arabici, Plin. lib. v. cap. 11, & lib. vi. cap. 29. Mela lib. iii. cap. 9. Strabo lib. xvi. & *Sues* hodie vocatur. Itaque facessat illud ποταμοῦ vitiosissimum, quales etiam sunt qui sequuntur numeri stadiorum multi, quibus corrigendis majus & otium & operæ pretium debeatur. *Tennulius.*

Ἐπὶ Θήρας.] Plin. lib. vi. cap. 29. Uno vocabulo enunciat. *Ultra sylvæ, ubi Ptolemais a Philadelpho condita ad venatus elephantorum, ob id Epitheras cognominata, juxta Lacum Monoleum.* Strabo etiam addit Elephantos. Lib. xvi. f. 768. Πτολεμαΐδος καὶ τῆς τῶν ἐλεφάντων Θήρας. *Tennulius.*

9000.] Idem numerus est apud Strabonem dicto loco. *Tennulius.*

Δείρην.] Ita & Strabo vocat, verum accentum in ultima ponit. Ptolemæus. Δείρη πόλις ἐν ἄκρᾳ. *Tennulius.*

60.] Arrianus & Strabo conveniunt cum auctore, sed Plinius lib. vi. cap. 29.

de deinceps navigatur ſtadiis 6500. Reliquum vero non navigatur præter rubrum mare uſque ad oceanum per octo millia ſtadiorum. Id vero latus, quod Arabiæ prætenditur à receſſu Elanitico, eſt ſtadiorum 14000. Porro ipſa Arabia ad rubrum mare exporrigitur, & extenditur per longitudinem 12000 ſtadiorum.

ͅϛφʹ, τὸ δὲ λοιπὸν οὐ πλεῖται παρὰ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν ἕως Ὠκεανοῦ σταδίων ή. τὸ δὲ παρὰ τὴν Ἀραβίαν πλευρὰν ἀπ' Ἐλανίτου μυχοῦ σταδίων μυριάδων ͵Δʹ. αὐτὴ δὲ ἡ Ἀραβία εἰς τὴν Ἐρυθρὰν καθήκει καὶ μεμήκυνται ἐπὶ σταδίων μυρίων δισχιλίων.

De Longitudine & Latitudine orbis habitati.

Περὶ μήκους καὶ πλάτους τῆς οἰκουμένης.

CAPUT IV.

Longitudo vero orbis terrarum concipitur à fluvio Gange ad Gades eſſe ſtadiorum 68549 hoc modo. A Gange ad Myriandrum in ſinu Iſſico poſitam, ſunt ſtadia 41725; quæ ſumma ſic colligitur.

ΚΕΦ. δʹ.

Μῆκος δὲ τῆς οἰκουμένης ἀπὸ Γάγγου εἰς τὰ Γάδειρα σταδίων μυριάδων ϛʹ καὶ ͵ηφμθʹ οὕτως. Ἀπὸ μὲν Γάγγου ποταμοῦ ἕως Μυριάνδρου τοῦ ἐν Ἰσσικῷ κόλπῳ σταδίων μυριάδων δʹ, καὶ ͵αψκεʹ. οὕτως.

A Ἀπὸ

29 ponit 4500 paſſus, cum deberent ad auctoris calculum eſſe 7500, ut ex Chifletiano codice ad marginem ibi notatum. *Tennulius.*

Ἐλανίτου.] Ptolemæo eſt Ἐλανίτης κόλπος. *Tennulius.*

Περὶ μήκους καὶ πλάτους.] Titulum hunc non injuria capiti huic quarto præfixum Plinius docet, qui eundem libri ſui penultimo inſcripſit, & de Artemidoro ſe expreſſiſſe prodidit, quæ ibi totidem poene verbis retulit, niſi quia ille milliaribus Romanis ſtadia Græcanica permutavit. *Tennulius.*

68549.] Stadia hæc ſunt millia paſſuum $8568\frac{5}{8}$. Hinc tu mihi Plinium corrige, apud quem *octuagies quinquies centena ſeptuaginta octo M. ut Artemidoro autori placet.* Reſcribe *ſexaginta & octo M. Tennulius.*

Μυριάδων ͵δʹ καὶ ͵αψκεʹ.] Ita lege. Immanis error erat in MS. μυριάδων ϛʹ

Digitized by Google

Ἀπὸ Γάγγου ἐπ' ἐκβολὰς Ἰνδοῦ ποταμοῦ σταδίων μυριάδων ϛ'. Ἀπ' Ἰνδοῦ ἕως Κασπίων πυλῶν μυριάδων α,ετ', ἐπὶ τὸν Εὐφράτην σταδίων μυριάδων ν', εἰς Μυρίανδρον σταδίων τοε'.

Ἀπὸ δὲ Μυριάνδρου ἐπὶ Γάδειρα σταδίων δισμυριάδων ,ϛωκ', οὕτως. Ἀπὸ Μυριάνδρου ἐπὶ Κλεῖδας Κύπρου στάδια αυ', ἐπὶ Ἀκάμαντα τὸ ἀκρωτήριον στάδια ,γτ', ἐπὶ δὲ Χελιδωνίας διὰ Παμφυλίου πελάγους στάδια ατ'. εἰς Πάταρα στάδια ω'. ὡς εἰς Ῥόδον στάδια ψ'. εἰς Ἀστυπάλαιαν διὰ Καρπαθίου στάδια ρμ'. ἐπὶ Ταίναρον στάδια αυν'. ἐπὶ Πάχυνον Σικελίας στάδια Δ'. ἐπὶ Λιλύβαιον διὰ Λιβυκοῦ πελάγους στάδια αφκ'. ἐπὶ δὲ Κάραλιν Σαρδοῦς διὰ Τυρσηνικοῦ πελάγους στάδια β,ω'. ἐπὶ Γάδειρα ὑπερπλεύσαντι Γυμνησίας νήσους στάδια μύρια. Ἀπὸ Γαδείρων δὲ, διὰ ἱεροῦ ἀκρωτηρίου καὶ Ἀρτα-

A Gange ad Indi fluminis ostia sunt 16000 stadia: ab Indo ad portas Caspias 15300, hinc ad Euphratem 10050; inde ad Myriandrum stadia 375.

Jam vero à Myriandro usque Gades stadia 26820, hoc modo: à Myriandro ad Cypri Cleidas stadiis 1400: Inde ad promontorium Acamanta stadiis 3300. Hinc in Chelidonias per mare Pamphylium stadia 1300. Tum ad Patara 800. dein in Rhodum 700. ad Astypalæam per Carpathium stadiis 140, ad Tænarum stadiis 1450, ad Pachynum Siciliæ 4000, ad Lilybæum per mare Libycum stadia 1520. ad Caralin Sardiniæ per mare Tyrrhenicum stadia 2800; ad Gades præternaviganti insulas Gymnesias 10000 stadiorum cursu. Ab Gadibus præter Sacrum pro-

καὶ & c. Nam 61725. stadia jam abirent in millia passuum Romana 7716. minimo minus; præ quibus Plinius non plura exhibet quam 5215, ita ut legerit non ϛ' sed δ'. stadia inquam 41725: quod cum Geographia hodierna non male congruit. Sic igitur vertas licet, quando & sequentes numeri huc invitant utcunque. *Tennulius.*

Στάδια

promontorium & Artabrorum portum stadia 3932. Ita fiunt in universum 72477 stadia.

Ἀρτάβρων λιμένος, στάδιοι ,γϡλβ΄. ὁμοῦ γίγνονται μυριάδες ζ΄ καὶ ,βυοζ΄.

Alia via. A Gange ad Euphratem amnem stadia 41350. Ab Euphrate ad Cappadocum Mazaca stadia 2550. A Mazacis vero per Phrygiam submontanam & magnam Cariam usque Ephesum 3320. Ita colliguntur à Gange Ephesum usque stadia 47220. Ab Epheso per Ægæum usque Delum sunt stadia 1600. Hinc ad Isthmum sunt 1700 omnino. Ab Isthmo per sinum Corinthiacum Patras stadia 720. Abinde Leucadem 700. hinc in Corcyram tantundem. usque ad Acroceraunios montes stadia 1060. Inde Brundusium 700. Unde terrestri itinere Romam proficiscenti restant 2880.

Καὶ ἄλλως. Ἀπὸ Γάγγου ἕως Εὐφράτου ποταμοῦ μυριάδων δ΄ καὶ ,ατν΄. Ἀπ᾽ Εὐφράτου εἰς Μάζακα Καππαδόκων στάδια ,βφν΄. Ἀπὸ δὲ Μαζάκων διὰ Φρυγίας τῆς παρωρείας καὶ μεγάλης Καρίας ἕως Ἐφέσου στάδιοι ,γτκ΄. Ὁμοῦ ἀπὸ Γάγγου εἰς Ἔφεσον σταδίων μυριάδων δ΄ καὶ ζσκ΄. Ἀπὸ δὲ Ἐφέσου εἰς Δῆλον διὰ τοῦ Αἰγαίου στάδια ,αχ΄. ἐπ᾽ Ἰσθμὸν στάδια ,αψ΄. ἀπ᾽ Ἰσθμοῦ διὰ Κορινθίου κόλπου εἰς Πάτρας στάδια ψκ΄. ἐπὶ Λευκάδα στάδια ψ΄. ἐπὶ Κορκύραν στάδια ψ΄. ἐπ᾽ Ἀκροκεραύνια ὄρη στάδια ,αξ΄. ἐπὶ Βρεντήσιον στάδια ψ΄. Ἀπὸ Βρεντησίου πεζῇ ὁδοιποροῦντι ἕως Ῥώμης στάδια ,βωπ.

Roma usque ad Alpes & vicum Scingomagum, de sub ipsis

Ἀπὸ Ῥώμης ἐπὶ τὰς Ἄλπεις ἕως Σκιγγομάγου κώμης ὑπὸ

Στάδιοι ,γϡλβ΄.] Lege ut est in MS. ,ζτλβ΄. 7332. *Tennulius*.

Ἐπὶ Ἀκροκεραύνια ὄρη στάδια ,αξ΄.] Ita omnino lege, quanquam in MS. sit χξ΄. Nam χ΄ erat nota χιλιάδος. Nec jam stadia sint 660. sed planissime 1060. Sane Plinius intervallum hoc concipit in millia passuum centum triginta duo & quingentos, qui conficiunt ipsissima 1060. stadia. *Tennulius*.

Ἕως Σκιγγομάγου κώμης.] Ita lege, cum sit prodigiosum mendum in MS. Ἕως τὸ μάρου. Româ ducit nos Scingomagum vicum ad initium nempe conscendendarum Alpium. Hodie *Suja* vocatur. Strabo. f. 179. Καὶ ἡ ἀπὸ Σκιγ-

ὑπὸ ταῖς Ἄλπεσιν οὔσης στάδια δρνβʹ. Εἶτα διὰ Κελτικῆς ἕως πόλεως Ἰλλυγύρεως xxxxx.

Διὰ τῶν πανδοχείων ἕως Γαδείρων στάδια β χνα, καὶ διάπλους ἐπὶ Γάδειρα στάδια ξʹ. ὁμοῦ ἀπὸ Γάγγου εἰς Γάδειρα σταδίων μυριάδων ζʹ καὶ αφξ.

Πλάτος δὲ τῆς οἰκουμένης ἀπὸ τῆς Αἰθιοπικῆς θαλάσσης ἐπὶ τὴν Μερόην σταδίων ή. Ἀπὸ Μερόης εἰς Ἀλεξάνδρειαν σταδίων μυρίων ά. Ἀπὸ δὲ Ἀλεξανδρείας ἐπὶ Τάναϊν μυρίων ηνςʹ. Τὰ γὰρ ἄνω τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ταναΐδος ἀγνοεῖται εἰς Βορρᾶν. Οὕτως. Ἀπ' Ἀλεξανδρείας εἰς Λίνδον Ῥόδου στάδια δ φ. Ἐπὶ τὸ Θοάντιον δεξιὸν παραπλέοντι Ῥόδον στάδια ύ. Ἐπὶ Τῆλον στάδια φξʹ. Ἐπὶ Λακτῆρα τῆς Κώας στά-

ipſis Alpibus poſitum, ſtadia ſunt 4152. Unde per Galliam ad oppidum Illiberim numerantur x x x x x x x.

Hinc uſque Gades ſecundum manſiones 2651. in quam inſulam trajectus eſt ſtadiorum 60. Omnis ergo numerus ab Gange ad Gades conſurgit in 71560 ſtadia.

Latitudo terræ qua habitatur, ab Æthiopico occano ad Meroën eſt ſtadiorum octo millium: inde Alexandriam undecim millium ſtadiorum: ab Alexandria vero in Tanain ſtadiorum octodecim millium quinquaginta ſex. Nam ulteriora oſtiis Tanais verſus ſeptentriones incomperta ſunt. Hoc proceſſu. Ab Alexandria ad Lindum Rhodi ſtadia 4500: Thoan-

γομάγου δὲ ἤδη Ἰταλία λέγεται). *Nam à Scingomago jam Italia dicitur.* Unde conſtat male apud Plinium legi ab alio *Cincomagum*, ab alio *Calcincomagum. Tennulius.*

Ἐπὶ τὴν Μερόην] Sic edidi, quum nihil aliud animadverterem in MS. exemplari, ut adeo ignorarem, unde tredecim aſteriſcos his interponi placuerit. Video quidem in verſione Latina ſuppleri *ad Æquatorem primum in ſtadia* 8000 *ac rurſum in Meroen.* Sed ea dixiſſe Agathemerum vix credo, & hinc tum ipſa illa Latina, tum aſteriſcos ejeci. *Gronovius.*

Μυρίων ηνς] Hanc ſummam univerſam quum mox exſequatur particulatim, certe illam ipſam parvis illis collectionibus non adæquat, quum illæ accedant ad novendecim millia trecenta triginta, hoc eſt μυρίων θτλ'. Et certe vidi quoque in minutis illis varietatem aliquam. *Gronovius.*

Δεί-

Thoantium dexteram præternaviganti Rhodum ſtadia 400. Inde in Telum ſtadia 560. Hinc ad Lacterem Côæ 320 ſtadia. Ad ejuſdem inſulæ Drepanum ſtadia 100. Deinde ad Acritin inſulam ſtadia 230, moxque ad Corſias 100, & ad Samiorum Ampelon ſtadia 30. Abinde ad Ægæum Argenon per Ægæum mare ſtadia 800. Ad Erythræum Corycæum ſtadia 270, inde Phlium promontorium Chii ſtadia 50; ad Melanea promontorium Lesbi ſtadia 450. ad Sigrium Lesbi 500 ſtadia. Inde ad inſulam Tenedum ſtadia 450, à qua 100 ſunt ad Sigeum: Hinc 2500 ad os Ponti, tum Carambin 2800; mox ad os Mæotidis 2500, ac deinceps in Tanaim 2670.

ςάδια τκ'. Ἐπὶ Δρέπανον Κώας ςάδια ρ'. Ἐπ' Ἀκρίτην νῆσον ςάδια σλ'. Ἐπὶ Κορσίας ρ'. Ἐπὶ Σαμίων Ἄμπελον ςάδια λ'. Ἐπὶ τὸ Αἰγαῖον Ἄργενον διὰ τοῦ Αἰγαίου ςάδια ω'. Ἐπὶ τὸ Ἐρυθραῖον Κωρυκαῖον ςάδια σο'. Ἐπὶ Φλίον, ἄκρον Χίου, ςάδια ν'. Ἐπὶ Μελανέα, ἄκρον Λέσβου, ςάδια υν'. Ἐπὶ Σίγριον Λέσβου ςάδια φ'. Εἰς Τένεδον νῆσον ςάδια υν'. Εἰς Σίγειον ςάδια ρ'. Ἐπὶ ςόμα Πόντου ςάδια β,φ'. Ἐπὶ Κάραμβιν ςάδια β,ω'. Ἐπὶ ςόμα Μαιώτιδος ςάδια β,φ'. Ἐπὶ Τάναϊν ςάδια β,χο'.

Aliter etiam à Rhodo curſus hic intelligitur, in Gnidum numeratis ſtadiis 700. in Cô 200. Samum deinde 800. Abeſt hinc Chios ſtadia 750. Ultra hanc Mitylene 520. Sequitur Tenedos

Καὶ ἄλλως ἀπὸ Ῥόδου εἰς Κνίδον ςάδια ψ'. Εἰς Κῶ ςάδια σ'. Εἰς Σάμον ςάδια ω'. Εἰς Χίον ςάδια ψν'. Εἰς Μιτυλήνην ςάδια φκ'. Εἰς Τένεδον ςά-

Δρέπανον.] Lege Δρέκανον. Ita vocatur teſte Strabone f. 657 promontorium Coæ, Δρέπανον autem eſt Siciliæ oppidum. *Tennulius.*

Ἀκρίτην νῆσον] Hoc nomine an fuerit, videant alii. In MS. vidi Ἀγρίτην. *Gronovius.*

στάδια τν'. Εἰς Σίγειον ρ'. Ἐπὶ τὸ στόμα Πόντου β.φ'. Ἐπὶ Κάραμβιν στάδια β.ω'. Εἰς στόμα Μαιώτιδος β.φ'. Ἐπὶ Ταναϊν ποταμὸν β.σ'. Ὁ μὲν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἕως Τανάιδος σταδίων μυρίων ηχή.

dos post stadia 350, mox Sigeum 100. Os Ponti abest inde stadiis 2500. & Carambis hinc post 2800 stadia. Jam ad os Mæotidis sunt 2500, ac deinceps ad Tanaim fluvium 2200. Summa stadiorum ab Alexandria in Tanaim 18608.

Τῶν Νήσων ἀναμέτρησις.

Insularum dimensio.

ΚΕΦ. έ.

CAPUT V.

ΛΟιπὸν δὲ ἐροῦμεν τῶν καθ' ἡμᾶς νήσων τὰς περιμέτρους, λαβόντες παρ' Ἀρτεμιδώρου καὶ Μενίππου καὶ ἑτέρων ἀξιοπίστων.

Γάδειρα μῆκος σταδίων ρή. πλάτος σταδίων ις'. ὁ δὲ καθ' Ἡρακλέους στήλας πορθμὸς στενότατός ἐστι σταδίων π'.

Ἐν δὲ τῷ Ἰβηρικῷ πελάγει νῆσοι, Πιτύουσα ἡ μείζων καὶ οἰκουμένη σταδίων τ' τὸ μῆκος, ἡ δὲ ἐλάττων σταδίων ρ'. Τῶν δὲ Γυμνησίων, ἃς Καρχηδόνιοι Βαλιαρίας καλοῦσιν (οἱ γὰρ σφεν-

REstat, ut dicamus insularum nobis affinium ambitus, prout accepimus ab Artemidoro, Menippo & aliis classicis autoribus.

Gadium longitudo stadiorum 108, latitudo 16. Fretum ad columnas Herculis qua angustissimum est, patet 80 stadia.

Præterea in mari Hispanico insulæ; Pityusa major & habitata longa stadia 300; Minor 100. Gymnesiarum vero, quæ à Carthaginiensibus vocantur Baliariæ, quasi dicerent funditorias

Βαλιάρεις.] Ptolomæo dicuntur βαλιαρίδες. *Tennulius.*

Βαλιαρίας] Ita reposui ex MS. quum editum esset Βαλιάρεις, quod sane est nugatorium, neque enim ut nomen insulæ ab incolis aliter pronuncietur

torias (Nam funditores sic Baliares appellantur) major longa est stadia 1200, lata 400. minor stadia 300.

Stœchades quia in directum jacent suo nomine indicantes ordinem, urbibus Massiliensium sunt oppositæ: Harum tres sunt majores; minores duæ proximæ ipsi Massiliæ.

Sardinia refert plantam pulli equini, in medio sui cava, longa 2200 stadia.

Cyrnus, Latinis Corsica, adjacet Sardiniæ, vilior multo illa, brevior dimidio; in longitudinem patet stadia. . . . . .

Ex Populonio Hetruriæ in Sardiniam & Corsicam vela dimittuntur trajectu stadiorum 2200.

Siciliæ ambitus secundum Timosthenem est 4740 stadiorum, figura triangulari, cujus latera sunt inæqualia; à Peloro pro-

σφενδονῖται) οὕτω καλοῦνται οἱ Βαλιαρεῖς) ἡ μείζων μῆκος ἔχει σταδίων ασ´, πλάτος σταδίων υ. ἡ ἐλάττων σταδίων τ´.

Αἱ δὲ Στοιχάδες, αἱ φερώνυμοι, ἑξῆς ἐπ' εὐθείας κεῖνται περὶ τῶν Μασσαλιακῶν πόλεων, αἱ μὲν μείζους τρεῖς, δύο δὲ μικραὶ αὐτῆς ἐγγὺς Μασσαλίας.

Ἡ δὲ Σαρδὼ ἔχει σχῆμα ὡς πώλου ἴχνος, μεσόκοιλος, τὸ μῆκος βσ´.

Κύρνος ἐγγὺς Σαρδοῦς, πολλῷ δὲ ἀγεννεστέρα, ἐλάττων ἢ ἥμισυ τῆς Σαρδοῦς, μῆκος ἔχει . . . . .

Ἀφετήριον δὲ εἰς Σαρδὼ καὶ Κύρνον Ποπουλώνιον τῆς Τυρρηνίας, τὸ δὲ δίαρμα σταδίων βσ´.

Τῆς Σικελίας κατὰ Τιμοσθένην περίμετρος σταδίων δψμ´, σχῆμα τρίγωνον σκαληνοειδές· δίαρμα δὲ ἔχει ἀπὸ Πελώρου ἄκρου

tur apud Carthaginienses, potest efficere accentus, sed ipsæ postremæ syllabæ. *Gronovius.*

Ὡς πώλου ἴχνος] Unde id hauserit Agathemerus? Certe quum ita edant, sciendum tamen est in MS. legi ὡς πόλος ἴχνος; unde fieri debet ποδὸς, pedis vestigium; & ille quidem intelligendus hominis. Sic enim dixerunt. Plinius lib. III. *Sardiniam insulam Timæus Sandaliotin appellavit ab effigie soleæ, Myrsilus Ichnusam a similitudine vestigii. Gronovius.*

Unde

ἄκρου εἰς Ἰταλίαν σταδίων ια΄ πορθμὸν, πλευρὰ νήσου ἀπὸ Πελώρου εἰς Πάχυνον στάδια αλζ΄. ἀπὸ Παχύνου εἰς Λιλύβαιον στάδια αχ΄. κατὰ Τιμοσθένην ἀπὸ Λιλυβαίου εἰς Πελωριάδα στάδια αψ΄. ἀπὸ Λιλυβαίου διάπλους εἰς Ἀσπίδα τῆς Λιβύης ἐγγὺς στάδια αχ΄.

Κέρκινα νῆσος μῆκος ἔχει στάδια ό. πλάτος δὲ ὅπου στενοτάτη στάδια μ΄. ὑπέρκειται δὲ πόλεως ἠπειρωτικῆς Θήνης, ἣ κεῖται τῆς μικρᾶς Σύρτιδος ἐπὶ τῆς ἀρχῆς. Τῇ δὲ Κερκίνῃ παράκειται νῆσος Κερκινῖτις γεφύρᾳ ζευχθεῖσα, μῆκος στάδια μ΄. πλάτος δὲ στάδια κέ.

Ἀπὸ Κερκίνης ἐπὶ νῆσον Μήνιγγα τὴν Λωτοφαγίτιδος ὁ διάπλους στάδια χ΄, ὅσον τῆς μικρᾶς Σύρτιδος λέγεται τὸ στόμα. Ἡ δὲ Μῆνιγξ μῆκος σταδίων χ΄, πλάτος σταδίων ρπ΄.

Με-

promontorio in Italiam trajectus habet undecim ſtadiorum fretum: latus inſulæ à Peloro ad Pachynum ſtadiorum 1037. à Pachyno ad Lilybæum 1600. juxta Timoſthenem à Lilybæo in Peloriada ſtadia 1700. A Lilybæo in Clypeam trajectus patet ſtadia 1600.

Cercina inſula habet longitudinem ſtadiorum 70. & ubi anguſtiſſima eſt, latitudinem 40. Jacet è regione urbis in continente Thenæ, juxta initium Syrtis minoris: Adjacet vero Cercinæ Cercinitis inſula ponte conjuncta; longa ſtadia 40, & lata 25.

A Cercina in inſulam Meningem, Lotophagitidis regionis, trajectus ſtadiorum 600, quantum etiam Syrtis minoris oſtium dicitur. Meninx vero longa eſt ſtadia 600, lata 180: Circa hanc

Undecim ſtadiorum.] Plinius fretum inter Italiam & Siciliam duodecim ſtadiorum tradit. *Tennulius.*

A Pachyno ad Lilybæum 1600.] Hic cum Autore ſentit Plinius lib. III. cap. 8. Nam ſtatuit cc. millia paſſuum. *Tennulius.*

Θήνης.] Autoritate Plinii lib. v cap. 4 plurali numero *Thenarum* vertit. Θῆναι autem Samariæ inter urbes à Ptolemæo recenſetur: Strabo hanc Cercinæ urbem per ι ſcribit Θίναι. *Tennulius.*

Ἡ δὲ Μῆνιγξ.] Ut paſſim alibi, ſic in Agathemero etiam edi placuit, quum tamen in MS. legerim Μῆνιξ. *Gronovius.*

αἱ

hanc magnæ reciprocationes contingunt.

Cephallenia insula habet quatuor urbes, longitudinem stadiorum 400.

Sunt quoque in Adriatico mari insulæ propter oram Illyrici, quarum insigniores sunt Issa, & Corcyra Nigra, Pharus dein & Melita, quarum dimensiones non habeo compertas.

Peloponnesus, si connumeres etiam ejus sinus, circumnavigatur stadiis 8627: quod si sinus prætereas, ambitur stadiis 400. Longitudo ejus à Malea ad Ægium est stadiorum 1400, figura Platani folio similis, magnis sinibus concisa; coarctatur tandem in Corinthium Isthmum, latitudo 40 stadiorum. A sinu Corinthio & Saronico in Scyllæum promontorium, ubi sinistrorsum objacet Calauria insula Neptuno sacra. Hinc

Μεγάλαι δ' εἰσὶν περὶ αὐτὴν παλίρροιαι.

Κεφαλληνία νῆσος τετράπολις μῆκος σταδίων υ.

Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῷ Ἀδρίᾳ νῆσοι παρὰ τὴν Ἰλλυρίδα, ὧν ἐπισημότεραι Ἴσση, καὶ ἡ Μέλαινα Κορκύρα, καὶ Φάρος, καὶ Μελίτη, ὧν ἀγνοῶ τὰς περιμέτρους.

Πελοποννήσου δὲ ὁ περίπλους καὶ τῶν κόλπων συμμετρουμένων στάδια ηχκζ. χωρὶς δὲ τοῦ καταχολπίσαι ὁ περίπλους στάδια δ. Μῆκος δὲ ἀπὸ Μαλέας ἕως Αἰγίου στάδια αυ'. Ἔχει δὲ ὅμοιον σχῆμα φύλλῳ πλατάνου, κόλποις μεγάλοις τεμνομένη. Συνάγεται μὲν εἰς τὸν Κορίνθιον Ἰσθμὸν, πλάτος σταδίων μ'. Ἀπὸ τοῦ Κορινθίου κόλπου καὶ Σαρωνικοῦ ἐπὶ τὸ Σκύλλαιον ἄκρον ἐξ εὐωνύμων, ἔνθα πρόκειται νῆσος Καλαυρία Ποσειδῶνος

Ὧν ἐπισημότεραι] Quum sic viderem exstare in MS. libenter id adhibui, quia nesciebam tolerare vulgatum ἐπισημέστεραι. *Gronovius.*

Pharus.] Et Plinius lib. III. cap. 21. Insulam Illyrii hoc nomine agnoscit. *Tennulius.*

Ἀπὸ Μαλέας ἕως Αἰγαίου] Id vero Ægæum nihil est, nec in Peloponneso hic dimensionis terminus considerari potest. Egregie MS. liber habebat Αἰγίου. Intelligitur enim Ægium Achaiæ urbs notissima, quam restitui. *Gronov.*

 Ἑρμιό-

δῶνος ἱερά. Εἶτα ὁ Ἑρμιονικὸς κόλπος. Ἑξῆς δὲ ὁ Ἀργολικὸς κόλπος μέχρι Μαλέας ἄκρου, ὃ πολὺ προπέπλωκεν εἰς πέλαγος. Ἑξῆς δὲ μετὰ Μαλέαν Λακωνικὸς κόλπος ἕως Ταινάρου ἐκ δεξιῶν, ὃς περιορίζει ἐξ εὐωνύμων τὸν Μεσσηνιακὸν κόλπον, οὗ ἐκ δεξιῶν Ἀκρίτας ἄκρα.

Hinc ſequitur ſinus Hermionicus. Inde ſinus Argolicus uſque ad promontorium Maleam, quod longe in mare procurrit. Dein poſt Maleam jacet dextrorſum ſinus Laconicus uſque ad Tænarum, qui à ſiniſtra terminat ſinum Meſſeniacum, cujus à dextra Acritas promontorium.

Εἶτα προπέπλωκεν ἄκρον Ἰχθὺς, καθ' ὃν κεῖται Ζάκυνθος, καὶ ἕτερον ὁ Χελωνάτας. τελευταῖον δὲ ἄκρον Ἄραξος ἀντιπρόσωπον Ἀκαρνανίᾳ. μεθ' ὃν ὁ Κορινθιακὸς ἀναχεῖται κόλπος, ζ σταδίων συγκλειόμενος στόμασι κατὰ τὸ Ριανὸν ἄκρον, ὅ ἐστι τῆς Πελοποννήσου, τὸ δὲ Ἀντίρριον Λοκρίδος.

Poſtea prominet promontorium Ichthys (juxta quod Zacynthus objacet) & alterum Chelonatas: poſtremum vero promuntorium eſt Araxus, ſitum ex adverſo Acarnaniæ. Inde ſinus Corinthiacus diffunditur concluſus oſtio ſeptem ſtadiorum, inter Rhium Peloponneſi & Antirrhium Locridis promontoria.

Ἀπὸ Ταινάρου ἐπὶ Φυκοῦντα Λιβύης τὸ δίαρμα στάδια Γ.

A Tænaro in Phycuntem Africæ trajicitur 3000 ſtadiis.

Αἴγινα νῆσος παραμήκης στάδια ρξ' ἐξ ἐναντίας κεῖται τῆς Ἀττικῆς. Σαλαμὶς μῆκος στάδια ό. Ἡ Κέως ρκ'. Τῶν δὲ Κυκλάδων κρατίστη ἐστὶν ἡ Νάξος, διὸ μικρὰ λέγεται Σικελία.

Inſula Ægina exadverſum Atticam ſita, oblonga eſt ſtadia 160. Salamis longa 70 ſtadia. Ceus 120. Inter Cycladas inſulas optima eſt Naxus, quare vocatur minor Sicilia: ad

Ἑρμιονικός.] Sic legi jubent & natura loci & autoritas Melæ ac Strabonis: in MS. pro Ἑρμιονικός erat Ἀργολικός, & vice verſa. *Tennulius.*

Τορίασον.] Nomen ignoratum omnibus reliquis Geographis. *Tennulius.*

Τορίασον] Id quidem ſane nihili eſt; ſed & in facili eſt inde corrigere τὸ Ριανὸν ἄκρον. Sed quum obſervarem in ſcripto libro τὸ Ρίον, merito id præfero, etſi in ipſum contextum non invexerim. *Gronovius.*

Μῆκος

ad dextram Sporades sunt.

Eubœa ponte Bœotiæ jungitur; prætexitur Bœotiæ, Phocidi, Locris, & altera sui parte aliquantum ipsi etiam Atticæ. Est enim longa, ideoque Macris appellata fuit, longitudine 1700 stadiorum.

At vero Creta circa Maleam Peloponneso adiacet; suo ambitu stadia implet 4100, longitudine 2300. Nam plurimum in longitudinem patet. Cythera inter Cretam & oram Laconicam media.

Cyprus habet figuram similem tergori bovis, & circumnavigatur stadiis 3420, longa est 1300. Ab Papho flante Borea trajicitur Alexandriam spatio stadiorum 3800.

Insula Rhodus circuitur stadiis 1300. Cos 550 cingitur. Samos suum ambitum 630 definit. Icaria longa est & confragosa, longitudine 300. Chius in circuitu continet 660, Lesbus 1100 ipsa stadia.

Sum-

λία. Ἐκ δεξιῶν δὲ αἱ Σποράδες.

Ἡ δὲ Εὔβοια γεφύρᾳ πρὸς τὴν Βοιωτίαν ἐζεύκται, παρατείνει δὲ Βοιωτίδα, Φωκίδα, Λοκρὸς, ἐκ δὲ θατέρου ἐπὶ πόσον καὶ τῇ Ἀττικῇ. Ἔστι γὰρ μακρὰ, διὸ Μάκρις ὠνομάσθη, μῆκος σταδίων αψ΄.

Ἡ δὲ Κρήτη κατὰ Μαλέαν πλησιάζει Πελοποννήσῳ· περίμετρος δὲ αὐτῆς σταδίων δρ΄. μῆκος βτ΄. κατὰ πολὺ γὰρ μεμήκυνται. Κύθηρα μέσον Κρήτης καὶ Λακωνικῆς.

Κύπρος βύρσῃ τὸ σχῆμα ὁμοία, περίπλους στάδια γυκ΄, μῆκος δὲ ατ΄. Ἀπὸ Πάφου εἰς Ἀλεξάνδρειαν δίαρμα Βορέου σταδίων γω.

Ῥόδου περίμετρος στάδια ατ΄. Κῶ περίμετρος στάδια φν΄. Σάμου στάδια χλ΄. Ἰκαρία δὲ ἐστὶ μακρὰ τραχεῖα μῆκος σταδίων τ΄. Χίου περίμετρος στάδια χξ΄. Λέσβου περίμετρος αρ΄.

Διά-

Μῆκος.] Hic significat περίμετρον, non longitudinem. Nam cum Icaria sit minor Samo, cujus circuitus dicitur 630. stadiis, absurdum foret Icariam statui longam 330.stadiis. *Tennulius.*

Τεχνικοῦ

Διάγνωσις ἐν ἐπιτομῇ τῆς ἐν τῇ σφαίρᾳ Γεωγραφίας.

ΚΕΦ. ϛʹ.

Τοῦ τεχνικοῦ Πτολεμαίου διεξιόντος, ὅσα τῇ γεωγραφίᾳ σαφέστατως διέθετο, οὐχ ἁπλῶς, οὐδ' (ὡς ἄν τις εἴποι) ἐξ οἰκείας γνώμης ἢ δόξης, ἀλλὰ ταῖς τῶν παλαιοτέρων καὶ οὗτος ἐπακολουθῶν παραδόσεσι, καὶ τῶν μὲν τὰ δόξαντα ἀληθῆ εἶναι (ὡς καὶ αὐτὰ τὰ πράγματα ὑποβάλλουσιν) ἐπιβεβαιῶν. Τῶν δὲ τὰ τῇ αἰσθήσει ὡς ψευδῆ ἀπολελεγμένα, ἐπιστημονικῶς διορθούμενοι, δεῖν προσεπενοήσαμεν καὶ αὐτοὶ, τὴν τοῦ παντὸς ὡς ἐγχειρίδιω συνελεῖν πραγματείαν, ὡς ἂν ἐπὶ μνήμης ἔχῃς, ὦ Φίλων ἄριστε, ὅσα καὶ διὰ ζώσης φωνῆς παρ' ἡμῶν ἀκήκοας.

Δέον τοίνυν εἰδέναι σε, ὡς ἡ οἰκουμένη πᾶσα πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ὅλης γῆς ἀναλογιζομένη τὸ τέταρτον ταύτης εὑρίσκεται

Summaria ratio Geographiæ in sphæra intelligendæ.

CAPUT VI.

POstquam Ptolomæus geographiæ artifex eam dilucide admodum exposuit, neque verò perfunctorie, aut (quod quispiam forte opinetur) ex privata sua notitia aut opinione: enimvero & ipse priscorum traditiones secutus, & quicquid illorum verosimile, quod res ipsæ demonstrant, comprobans: Nos vero quæ sensus experimento tanquam falsa damnantur, ex artis præscripto corrigentes, cogitavimus universi negotii disquisitionem velut in pugillum esse contrahendam, ut, OPTIME PHILO, in memoriam revoceris eorum quæ viva voce à nobis accepisti.

Scire igitur debes, habitabilem orbis portionem mensuratam ad magnitudinem totius terræ reperiri quadrantem ejus. Quo-

Τεχνικοῦ.] Ita Ptolemæum infra cap. 8. vocat. *Tennulius.*

Μεσημ-

Quoniam enim accepimus Terram esse globosam, ejusque ambitum esse graduum 360; eorum quidem 180 gradus attribuimus adspectabili ejus parti, reliquos 180 damus parti non apparenti. Hoc vero intelligemus per quatuor habitabilis plagas, nimirum Borealem, & Australem, & Occidentalem, & Orientalem.

Deinde ductâ lineâ ab occidente in orientem, qua dividamus totam habitabilem, separetur septentrio ab austro. Illa linea appellator Æquinoctialis, quod sub illa noctes semper æquentur diebus; quodque quoties in ea sol oritur, æquinoctium faciat per orbem universum.

Rursum in circulum, separatim & ad rectos angulos Æquinoctiali, dividentes orbem, dignoscemus, quidnam sit in eo occidentale, quidnam poli orientale. Vocetur autem hæc linea Meridiana, quandoquidem sol quotidie, ubi in eo constituitur, facit meridiem. Sed operæ pretium videtur, utrumque figuris deformare, quo ista facilius mente consequaris.

Esto

ται. Ἐπειδὴ γὰρ σφαιροειδῆ ταύτην παρελάβομεν εἶναι, καὶ περίμετρον ἔχειν μοιρῶν τξ΄, τὰς μὲν ρπ΄ κατὰ τὸ φαινόμενον μέρος τῆς γῆς ὑποθώμεθα, τὰς δ' ἑτέρας ρπ΄ τῷ μὴ φαινομένῳ δῶμεν. Τοῦτο δὲ ποιήσωμεν ἐπὶ τοῖς τέσσαρσι τῆς οἰκουμένης μέρεσι, Βορείῳ λέγω καὶ Νοτίῳ καὶ Ἑσπερίῳ καὶ Ἑῴῳ.

Εἶτα γραμμῇ διελόντες τὴν ὅλην οἰκουμένην ἀπὸ δύσεως μέχρι ἀνατολῶν, ἀφορίσωμεν τὸν Βορρᾶν ἀπὸ τοῦ Νότου. Καλεῖτο δ' ἂν ἡ γραμμὴ Ἰσημερινὸς, ὡς ἐπὶ ταύτῃ ἀεὶ Ἰσημερίας γινομένης, καὶ ὡς ἐπειδὰν ἐν ταύτῃ τὴν ἀνατολὴν ποιεῖται ὁ ἥλιος, ἰσημερίας κατὰ πᾶσαν γινομένης τὴν γῆν.

Ἔπειτα κύκλῳ, δίχα τε καὶ πρὸς ὀρθὰς τῷ Ἰσημερινῷ, διελόντες τὴν οἰκουμένην, ἐκ τούτου τὸ δυσμικώτερον καὶ ἀνατολικώτερον τοῦ πόλου νοήσωμεν. Λέγοιτο δ' ἂν ἡ γραμμὴ αὕτη Μεσημβρινὸς, ἐπειδὴ ἐν ταύτῃ γινόμενος καθ' ἑκάστην ὁ ἥλιος τὴν μεσημβρίαν ἀποτελεῖ. Ἀμφότερα δέ μοι δοκεῖ καλὸν, ἂν ὑποτυπῶ σχήμασιν, ὡς ἂν εὐληπτότερά σοι γένοιτο.

Ἔστω

Μεσημβρινός.] Subintelligitur κύκλος, non γραμμή. *Tennulius.*



μ. θ'.] Eſt μυριάδες θ'. Cum ex hac figura 180. gradus conficiant ſtadia 90000, reſpondebit unus quingentis ſtadiis. Quid facies Agathemere lib. II. cap. I. Plinio, & eum ſequentibus, qui ſemicirculo aſſcribunt 126000. ſtadia & uni gradui 700? Oedipus exſpectandus, qui hanc quæſtionem expediat, vel Alexander qui nodum Gordii ſolvat *Tennulius.*

Eſto igitur apparens telluris Hemiſphærium, in quo deſcribatur quicquid habitatur, A B Γ Δ. Sit autem circulus Æquinoctialis B E Δ & huic parallelus Borealis Z.H. Θ. terminans cognitam terræ latitudinem: Auſtralis autem parallelus K. Λ. M. etiam ipſe, quæcunque ejus cognita eſt latitudo, definiens.

Eſt igitur latitudinis dimenſio per meridianam ſtadiorum 40000, à Septentrione in Auſtrum ſcil. quantum ſeu cognoſcitur ſeu incolitur. Item longitudinis dimenſio ſive quantum ab occidente in orientem cognoſcitur aut habitatur, definitur in Æquinoctiali B E Δ ſtadiorum eſſe 90000, horarum 12.

Namque diſtantia ſecundum ſolis curſum, ut didiciſti, id eſt, ſpatium ab B ad Δ; Sic etiam incognitum prorſus & inhabitabile in ſegmento Boreali, quicquid eſt ab H ad A, deinde in auſtrali quicquid eſt à Λ in Γ. ita ut ſolum ſit cognitum, quicquid eſt reliqui ab H ad ſegmentum Λ. Vocatur autem Latitudo, ſicut dictum eſt,

Ἔστω τὸ φαινόμενον τῆς γῆς Ἡμισφαίριον, ἐν ᾧ ἡ οἰκουμένη καταγράφεται, τὸ α.β.γ.δ. Ἰσημερινὸς δὲ κύκλος ὁ β. ε. δ. Βόρειος δὲ παράλληλος, ἀφορίζων τὸ ἐγνωσμένον τῆς γῆς πλάτος, ὁ ζ. Η. Θ. Νότιος δὲ παράλληλος, ὁ ἀφορίζων καὶ αὐτὸς τὸ ἐγνωσμένον αὐτῆς πλάτος ὁ Κ. Λ. Μ.

Ἔστιν οὖν ὁ τοῦ πλάτους σταδιασμὸς διὰ τοῦ μεσημβρινοῦ μυριάδων δ΄. τὸ ἀπὸ Βορρᾶ ἐπὶ Νότον δηλονότι, ὅσον ἐγνωσμένον τε καὶ οἰκούμενον. Ὁ δὲ τοῦ μήκους σταδιασμὸς, ἤτοι τὸ ἀπὸ δυσμῶν ἕως ἀνατολῶν ἐγνωσμένον, ὃ καὶ οἰκούμενον, θ΄ μυριάδων σταδίων εἶναι λέγεται ἐπὶ Ἰσημερινοῦ, ὡρῶν δὲ ιβ΄.

Διάστημα γὰρ κατὰ τὸν ἡλιακὸν δρόμον, ὡς ἔμαθες, τουτέστι τὸ ἀπὸ τοῦ β΄ ἐπὶ τὸ δ΄. Τὸ μέντοι ἀπὸ τοῦ η ἐπὶ τὸ α ἐν τῷ Βορείῳ τμήματι, καὶ ἀπὸ τοῦ λ΄ ἐπὶ τὸ γ ἐν τῷ νοτίῳ ἄγνωστον πάντη καὶ ἀοίκητον. Ἐγνωσμένον δὲ μόνον τὸ ἀπὸ τοῦ Η ἐπὶ τὸ Λ΄ τμῆμα. Λέγεται δὲ πλάτος, ὡς

ὡς εἴρηται, ἡ η. λ. ἤδε β. δ. μῆκος.

Ἔστιν οὖν τὸ μὲν μῆκος (ὡς ἔφημεν) μοιρῶν μὲν ρπ΄, σταδίων δὲ μυριάδων θ΄, ὡρῶν δὲ ιβ΄. Τὸ δὲ πλάτος μοιρῶν μὲν οθ΄ γ΄ ιβ΄, ἢ ὅλων π΄. σταδίων δὲ μυριάδων δ΄, ὡρῶν δὲ θ, μὴ κατὰ πλάγια δὲ, καθάπερ ἐπὶ μὲν τοῦ μήκους ρπ΄ μοιρῶν ὄντος ιβ΄ ὡρῶν ἀνάλογον εἶναι διάστημα. ἐπὶ δὲ τοῦ πλάτους π΄ μόνον ὄντος μοιρῶν, θ΄ ὡρῶν ἔχειν ἀνάβασιν, Ὀκτὼ μὲν ἀπὸ τοῦ Ἰσημερινοῦ πρὸς Βορρᾶν· μιᾶς δὲ ἀπὸ τοῦ Ἰσημερινοῦ πρὸς Νότον. οὐ γὰρ αὐτὸς λόγος ἐπ᾽ ἀμφοτέρους ἐστίν· ἀλλ᾽ ἐπὶ μὲν τοῦ Ἰσημερινοῦ ὁ δρόμος ἐστὶν (ὡς ἔφημεν) τοῦ ἡλίου, καὶ ἐπειδὴ τὸ νυχθήμερον κδ ὧραί εἰσι, διέρχεται δὲ ὁ ἥλιος τὸν Ζωδιακὸν κύκλον, καὶ φαίνεται πρωῒ μὲν εἰς τὴν ἀνατολὴν κατὰ τὸν ὁρίζοντα, ἑσπέρας δὲ εἰς δυσμὰς κατὰ τὸν ὁρίζοντα, καὶ νυχθήμερον ἀποτελεῖ, τὸ ἥμισυ ἄρα

καὶ

est, spatium inter Η & Λ, Longitudo Β Δ.

Est ergo Longitudo, ut diximus, graduum 180, stadiorum vero 90000, horarum autem 12. At Latitudo graduum 79 & 25 minutorum, aut summum graduum 80, stadiorum vero 40000, & horarum 9; sed non per obliqua hæc latera, sicut in Longitudine duodecim horarum intervallum per gradus 180 divisum proportionaliter procedit. Latitudo autem cum sit tantum 80 graduum, noctium dierumque incrementa in 9 horas alternantia sentit, quarum octo versus Borealem partem ab Æquinoctiali consurgunt, una reliqua ab Æquinoctiali versus Austrum. Non enim eadem in utrisque est ratio, si quidem (ut dicebamus) sol currit secundum Æquinoctialem, absolvitque diem 24 horis: transit autem signiferum circulum, & apparet mane quidem in ortu juxta horizontem, vesperi ad occasum juxta eundem horizontem, diemque ac noctem consummat. Semis igitur &

maxi-

maxime medium terræ 12 horarum intervallum obtinet.

At vero in Boreali adſcenſu ſciendum tibi eſt, ſolem ſub terra exiſtentem, ſiquidem Æquinoctialem circulum occupaverit, ubique terrarum uno & eodem horizonte videri oriri atque pari modo occidere, & inde æquinoctium eſt una ſola die; ſimul autem vel in Septentrionem vel in Auſtrum receſſerit, advehere quoque incipit dierum incrementa in illam mundi partem, in cujus latere circumvagatur.

Conſilium mihi eſt, tibi id quoque appoſita figura exhibere, ut ita habeas accuratam iſtorum notitiam. Quoniam enim fieri nequit, ut ſphæricam figuram aliter quam ſi globum habeas comprehendas, methodum aliquam diſpoſuimus, qua etiam in plano globoſi ratio percipiatur.

καὶ μεσαίτατον τῆς γῆς ιβ ὡρῶν ἔχει διάστημα.

Ἐπὶ δὲ τῆς πρὸς Βοῤῥᾶν ἀναβάσεως τοῦτό σε εἰδέναι χρὴ, ὡς ὁ ἥλιος ὑπὸ γῆν ὤν, ὅτε μὲν κατὰ τὴν Ἰσημερίαν ἐστὶ, πανταχόθεν ἑνὶ ὁρίζοντι φαίνεται ἀνατέλλων καὶ δύνων ὁμοίως, κἀντεῦθεν Ἰσημερία ἐστὶν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ μόνῃ· ὅτε δὲ τῆς πρὸς Βοῤῥᾶν ἢ πρὸς Νότον ἀπάρξεται, τότε δὴ καὶ ἡμέρα αὔξειν ἀπάρχεται τῷ μέρει, δηλονότι ᾧ ὁ ἥλιος περιέρχεται.

Ἔδοξε δέ μοι καὶ τοῦτο διὰ σχήματος ὑποδεῖξαί σοι, ὡς ἂν ἔχῃς ἀκριβῆ τὴν περὶ τούτων εἴδησιν. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔστι δυνατὸν, τὸ σφαιροειδὲς εἰ μὴ σφαῖραν ἔχειν κατανοῆσαι, μέθοδόν τινα διεθέμεθα, πῶς δεῖ ἐν ἐπιπέδῳ τὴν τοῦ σφαιροειδοῦς καταλαβεῖν πραγματείαν.



Ἔστω τοίνυν κύκλος ὁ ἐκτὸς νοούμενος οὐράνιος, ὁ δ' ἐντὸς τῆς γῆς σχῆμα. Ἔστω σοι δ' ἕως ἐν ὑποδείγματι ὁ διὰ κοκκίνου εἰς τέσσαρα μερισμὸς, Δύσις μὲν Γ'. τ'. καὶ Ἀνατολὴ η. Δ'. Μεσημβρία Α'. α'. καὶ Μεσονύκτιον Β'. ν', τοῦ Ἰσημερινοῦ τὰ ὑπὲρ γῆν καὶ ὑπὸ γῆν μέρη.

x x x x x x x
x x x x x x x
x x x x x x x
x x x x x x x
x x x x x x x
x x x x x x x

Χρὴ

Sit igitur circulus extimus, quem cœlestem intelligimus, intra quem qui ductus est, referat imaginem terræ. Ponatur etiam, ut in exemplo, divisio in quatuor partes per coccineum ductum occidens quidem Γ τ, & ortus η Δ, meridies A α. media nox B ν, Æquinoctialis circuli plagæ super terram vel infra.

Dividatur vero etiam uterque circulus, lineis ex communi centro æqualia segmenta definientibus, in 24 partes æquales inter se, totidem literis Alphabeti utrinque adnotatis.

tis. Hisque ita dispositis intelligatur Solem noctidui revolutione moveri ex α in β & γ & δ, ac sic deinceps.

Dico, siquidem supra terras incedat Sol per A α, quod est medium Cæli, tunc futurum ut immineat vertici habitantium in τ, atque illic meridiem faciat, quam secundum eam vocare liceat lineam horæ sextæ, designatam literis A α τ. Habitantibus vero sub æquali linea Δ H α. conspici continget mane orientem attollentemque se ex horizonte Solem, ubi hora jam inchoatur diei prima, quam ex æquo repræsentat illic linea H α.

Χρὴ τοίνυν εἰδέναι, ὡς ὅταν ὑπὲρ γῆν μέν ἐστιν ὁ ἥλιος, εἰ μὲν κατὰ τὸ μέσον πως τοῦ οὐρανοῦ κατὰ τὸ Αα΄ x x x x x x x x x x x x x x x x x x x x x x x x Τῇ μὲν ΗΔ΄ ἴσῃ γραμμῇ x x x x x x x x x x x x x x x x x Κατὰ τὴν γὰρ πρώτη ἀπάρχεται εἶναι ὥρα, ὡς η α δηλοῖ.

Eodem momento temporis existentibus sub æquali linea Γ τ υ, constitutis inquam in υ, jam incipit vespera, cum meridies est quam maxime habitantibus in τ, sicut dictum est.

Τῇ δὲ Γ τ ἴσῃ γραμμῇ ἑσπέρα ἀπάρχεται, ὡς ἡ υ.

Consequenter vero & illud liquet ex elementis Geometricis, Sol simul ac pervenit in β ex α adhuc quidem constitutus in superiore hemisphærio, tunc sub terra in hemisphærio altero habitantibus ad B sub linea θ β, sci-

Καὶ τὸ ἑξῆς δὲ δῆλόν ἐστιν ἐντεῦθεν ἐκ τῶν στοιχείων, ὡς ὅταν μὲν εἰς τὸ β γένηται ὁ ἥλιος ὑπὲρ γῆν, εἰς μὲν τὴν θ ϐ ἴσην γραμμὴν ὑπὸ γῆν πρώτη ἀπάρχεται ὥρα. τῇ δὲ Η Δ α γίνεται δευτέρα ὥρα.

Ὅπερ

ſcilicet horam inchoari primam, quo tempore jam ſecunda hora ſub linea Δ Η α.

Ὅταν δὲ εἰς τὸ Γ γίνηται ὁ ἥλιος ὑπὲρ γῆν, τῇ μὲν ι Γ ἴσῃ γραμμῇ ὑπὸ γῆν ἴσῃ ἀπάρχεται ὥρα. τῇ δὲ Δ Η α ὑπὲρ γῆν τρίτη ὥρα ἀπάρχεται.

In Africa maximus est Nilus; siquidem ex locis ultra Æquatorem in penitissima meridie defertur, & in mare nostrum decurrit flexuoso meatu, quod par est, quando id fluminum omnium proprium. x x x x x x x x x. Ut credibile sit potius à pluviis illic obtinentibus,

Ἐν δὲ τῇ Λιβύῃ μέγιστός ἐστιν ὁ Νεῖλος. Ὁρμώμενος γὰρ ἐκ τῶν ὑπὲρ τὸν Ἰσημερινὸν ἐν βάθει τῆς μεσημβρίας τόπων, ἐκδίδωσιν εἰς τὴν καθ᾽ ἡμᾶς θάλασσαν, ἑλικογραφῶν ὡς εἰκὸς ὅπερ ἐστὶν ἴδιον ποταμῶν. x x x x x x x x x. Ὡς πιθανὸς εἶναι μᾶλλον ἀπὸ τῶν

ἐκεῖ γιγνομένων κατὰ τὸ παρ' ἡμῖν θέρος ὄμβρων, ἤπερ ἀπὸ χίονος σύστασιν τὴν πορείαν ἐνιαυσίῳ χρόνῳ ποιεῖσθαι. Φαίνεται δὲ καὶ ὁ Βαγράδας ὁ περὶ Καρχηδόνα ῥέων, καὶ ὁ Κίνυψ ἀπὸ τῶν νοτιωτάτων. Τῶν δὲ διαρρεόντων τὴν ἐντὸς Αἰθιοπίαν καὶ τάς τε ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη ἐν ἠπείρῳ ἐχόντων, μέγιστός ἐστιν ὅτε Γὶρ καὶ Νίγιρ.

bus, quo tempore apud nos est æstas, quam à nive alveum ejus annuo tempore facere agmen. Præterea conspicuus est Bagrada, prope Carthaginem fluens, item Cinips ab maxime austrinis. Illorum vero qui per interiorem Æthiopiam fluunt, quique fontes & ostia in continente habent, maximi sunt Gir & Nigir.

Περὶ τῆς μεγάλης θαλάσσης.

ΚΕΦ. ιά.

Τῆς δὲ μεγίστης τε καὶ πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς θαλάσσης τὰ μὲν νοτιώτατα καὶ πρὸς τῇ ἀγνώστῳ καλεῖται Πρασώδης θάλασσα. λέγεται γὰρ τῷ χρώματι τοιαύτη τις εἶναι, καὶ βρύον ἔχειν πλεῖστον καὶ μέγιστον ἐμφερὲς πράσῳ, ὅθεν εἰκὸς αὐτῇ καὶ τὴν πρασώδη φαντασίαν προσγίγνεσθαι.

Μετὰ δὲ ταύτην ὡς πρὸς ἄρκτους ἡ Βραχεῖα κεῖται θάλασσα, ἡ οὐ διὰ βραχύτητα τοῦ μεγέθους (ἐστὶ γὰρ μεγίστη) τούτου τετύχηκε τοῦ ὀνόματος, ἀλλὰ διὰ τὰ ἐν αὐτῇ βραχη-

Τὰς

De magno mari.

CAPUT XI.

Quantum maris maximi in orientem porrectum simul Austrum respicit & incognitas terras alluit, id omne Prasodes vocatur. Dicitur enim colore tale esse, plurimumque in eo nasci & maximum muscum, viroris æmulum, unde viridem illi speciem conciliari probabile est.

Ab illo Borean versus jacet mare, quod Breve dicitur, non quidem propter brevitatem spacii (latissime enim patet) sed ob frequentiam in eo brevium. Ajunt enim æstuum

reci-

reciprocationes illic contingere maximas, sed aquas non intra eundem diem mutare, verum longissimo tempore destituere suas plagas; ita ut scopuli post recessum exsiccentur; & si forte navigantes in hujusmodi casum incidunt, suffulcientes navem exscendere velut in continentem.

Supra hoc mare adjacet reliquum, & juxta continentem. Hujus maximum est pelagus Indicum, in quo peninsulæ sunt, & sinus admodum magni, qualis est Theriodes, itemque Magnus, ac Gangeticus.

Indicum pelagus excipit Carmanium, in occidentem pergens: sequiturque Rubrum mare, quod eo loci illi conjungitur, ubi ostium sinus Persici se aperit. Ipse vero sinus à latere orientali ac meridiano cingitur Carmania; ab Aquilone in occasum tendentibus Perside, Susiana & Babylonia: ab occidente Arabiâ desertâ, rursus denique ad meridiem Felice.

Τὰς γὰρ ἀμπώσεις γίνεσθαι κἀκεῖ μεγίστας, μὴ αὐθήμερον μεταβάλλειν, ἀλλ' ἐπὶ πλεῖστον ἀναχωρεῖν χρόνον τὸ ὕδωρ, καὶ τὰς ῥαχίας μετὰ τὴν ἀναχώρησιν ἀναξηραίνεσθαι, ὥστε τοὺς πλέοντας εἰ περιπέσοιέν ποτε τούτῳ τῷ πάθει, ὑποστηρίξαντας τὸ πλοῖον ἀναβαίνειν καθάπερ εἰς ἤπειρον.

Ταύτης δὲ τῆς θαλάσσης ὑπέρκειται ἡ λοιπὴ καὶ παρὰ τὴν ἤπειρον. Καὶ ἔστι μὲν αὐτῆς μέγιστον μὲν Ἰνδικὸν πέλαγος, ἐν ᾧ χερρόνησοι καὶ κόλποι πάνυ μεγάλοι, ὅτι Θηριώδης, καὶ ὁ Μέγας, καὶ ὁ Γαγγετικός.

Τοῦ δὲ Ἰνδικοῦ πελάγους ἔχεται τὸ Καρμάνιον, προϊὸν ὡς ἐπὶ δύσεις. Τούτου δὲ ἡ Ἐρυθρὰ θάλασσα ὡς περὶ τὰς συμβολὰς κατὰ τοῦ Περσικοῦ κόλπου στόμα κεῖται. Αὐτὸς δὲ ὁ κόλπος περιέχεται μὲν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ μεσημβρίας Καρμανίᾳ, ἀπὸ δὲ ἄρκτων μεταβαίνουσιν ἐπὶ δύσεις Περσίδι καὶ Σουσιανῇ καὶ Βαβυλωνίᾳ, ἀπὸ δὲ δύσεως Ἀρραβίᾳ ἐρήμῳ, εἶτα πάλιν ἀπὸ μεσημβρίας τῇ Εὐδαίμονι.

Ἀπὸ δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἕως Αἰγύπτου ὁ Ἀῤῥάβιος κόλπος, ἔνθα μάλιστά ἐστι τὸ στενότατον τῆς ἠπείρου καὶ διεῖργον τὸ μὴ συνάψαι τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν. ὃν τὸ χρῶμά φασιν ἐρυθρὸν ἔχειν. οὐδ' ὡς σχεδιάζοντες ἀπὸ τῶν παρακειμένων ὀρῶν ἐρυθρῶν ὄντων λέγουσι, προσπίπτειν τινὰ πρόσπτωσιν γαληναίῳ ὄντι τῷ ὕδατι, καὶ τὴν τοῦ ἐρυθροῦ φαντασίαν ἀπεργάζεσθαι. Ἀλλὰ τὰ πολλὰ τοῦ πελάγους τούτου ἐρημαίου ὄντος, ἀπὸ πνευμάτων, ὡς λόγος, ἐκεῖ μήτε μεγάλων μήτε συνεχῶν γινομένων, διὰ τὸ πλησίον ἐνιαυτοῦ κατὰ κορυφὴν τὸν ἥλιον συστάσεις διερῶν νεφῶν συνίστασθαι, εἰς ἃ ἐμπίπτουσαι αἱ τοῦ ἡλίου αὐγαὶ χρωννύουσιν αὐτὰ, καθάπερ ἡμῖν συνεχῶς τὰ περὶ τὸν ὁρίζοντα πάσχειν ἕωθεν ἀνίσχοντος ἢ καταδεδυκότος ἤδη τοῦ ἡλίου, εἶθ' οὕτω τὰς χρόας δέχεσθαι τὴν θάλασσαν, ὅταν λείαν ἔχῃ τὴν ἐπιφάνειαν.

A Rubro autem mari ad Ægyptum ſinus Arabicus, ubi anguſtiſſimum continentis jugum prohibet, quo minus cum mari noſtro committatur. Illi rubrum eſſe colorem tradunt: non, ut quidam imprudentes dicunt, ab propinquis montibus rubris, accidere quandam ſpeciem aquæ tranquillæ, & colorem rubrum conciliari. Verum cum pelagus iſtud plurimo tempore quieſcat, utpote flatibus illic, ut dicitur, neque magnis neque continuis, quia prope toto anno, ſol ſupra verticem nebularum humentium cœtus colligit, in quas cum impegerunt radii ſolis, inficiunt eas, eo planemodo, quo circa noſtrum horizontem oriente vel occidente jam ſole idem ſemper accidere conſuevit; deinde hac ratione colorem derivari in mare, quoties placido æquore ſternitur.

Μετὰ τὸν Ἀῤῥάβιον κόλπον καὶ τὰ λοιπὰ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐστὶν ἡ κατὰ τὴν Βαρβαρίαν Αἰθιοπικὴ θάλασσα.

Poſt ſinum Arabicum & reliquam partem maris Rubri jacet mare Æthiopicum ſecundum Barbariam.

De ventis per orbem terrarum.

CAPUT XII.

IN ventorum autem & flatuum per orbem terrarum stationibus, tum locis, ex quibus quisque ruat, ac per quæ feratur, sic se habet ordo.

Περὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἀνέμων.

ΚΕΦ. ιβ΄.

Αἱ δὲ περὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἀνέμων τε καὶ πνευμάτων θέσεις, καὶ ἀφ' ὧν ἕκαστος ὁρμᾶται τόπων, καὶ δι' ὧν ἔρχεται, ἔχουσιν οὕτως.



Concipiamus circulum maximum, quidquid cognitum est, ambientem, eumque sex diametris in duodecim æqualia

lia

Νοηθέντος γὰρ μεγίστου κύκλου περιέχοντος τὸ ἐγνωσμένον, καὶ ἓξ διαμέτροις εἰς ἴσα δώδεκα διαιρεθέντος, ὥς τε

δια

δύο τῶν πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις τὴν μὲν Ἰσημερινὴν ποιεῖσθαι, τὴν δὲ μεσημβρινὴν x x x x x x

Τάσσουσιν ἐπὶ μὲν τῆς Ἰσημερινῆς πρὸς μὲν ταῖς ἀνατολαῖς Ἀπηλιώτην, πρὸς δὲ ταῖς δύσεσι Ζέφυρον. Καὶ πάλιν ἐπὶ μὲν τῆς μεσημβρινῆς πρὸς Ἄρκτους Ἀπαρκτίαν, πρὸς δὲ τὴν μεσημβρίαν Νότον. Εἶτα Ἀπηλιώτου μὲν ἑκατέρωθεν ὡς πρὸς μεσημβρίαν Εὖρον, πρὸς δὲ Ἄρκτους Καικίαν. Πάλιν δὲ Ἀπαρκτίου ὡς πρὸς μὲν ἀνατολὰς Βορέαν, ὡς δὲ πρὸς δύσεις Θρασκείαν ἢ Μέσην. Καὶ Ζεφύρου μὲν πρὸς μεσημβρίαν Λίβα, πρὸς δὲ ἄρκτους Ἰάπυγα ἢ Ἀργέστην. Νότου δὲ πρὸς μὲν ἀνατολὰς Εὐρόνοτον, ὡς δὲ πρὸς δύσεις Λιβόνοτον.

Καί εἰσι διάμετροι καὶ ἀντιπνέοντες ἀλλήλοις, Ἀπη-

λιώ-

lia dividamus; Nimirum duæ primum ducantur lineæ ad angulos rectos ſeſe ſecantes in centro, quarum altera tendatur ſecundum Æquatorem circulum ab oriente in occidentem; altera ſecundum meridianum à ſeptentrione in auſtrum agatur. Inter has dimenſis ſpatiis aliæ lineæ quatuor per centrum item ductæ duodenaria intervalla deſcribant.

In Æquatoris quidem illa linea collocant à parte orientali Apelioten, ab occidentali autem Zephyrum. Ac rurſum in linea Meridiani ponunt ad Septentriones Aparctiam, ad meridiem Notum. Tum ab utroque latere Apeliotæ verſus meridiem Eurum, verſus Septentriones Cæciam: porro Aparctiæ ad orientem Borean, ad occaſum Thraſciam vel Meſen: item Zephyri in meridiem Liba, ad Septentriones Iapyga, vel Argeſten: denique Noti Euronotum in orientem: & Libonotum in Occidentem.

Et quidem ſic ſibi oppoſiti & ex adverſo ſpirantes ſunt,

Ape-

Digitized by Google

Apeliotes Zephyro, Cæcias Libi, Boreas Libonoto, Aparctias Noto, Thrascias Euronoto, & Iapyx Euro.

λιώτης μὲν Ζεφύρῳ, Καικίας δὲ Λιβὶ, Βορέας δὲ Λιβονότῳ, καὶ Ἀπαρκτίας μὲν Νότῳ, Θρασκίας δὲ Εὐρονότῳ, καὶ Ἰάπυξ Εὔρῳ.

De longitudine ac latitudine universi orbis.

Περὶ μήκους καὶ πλάτους τῆς ὅλης οἰκουμένης.

CAPUT XIII.

ΚΕΦ. ιγ'.

NEcessario autem etiam verba sunt facienda de longitudine deque latitudine universæ habitabilis. Longitudinem ergo ejus capiemus non quidem convenientem formæ Rhomboidis, sed potius circuli segmento, quod aliis omnibus, quæ per totam magnitudinem ejus transeunt, est majus. Nam simile Æquinoctialis circuli eductum ab occasu . . . monstratum est eo quod noscitur, & multo anterius ad ea quæ illo magis austrina sunt. Intelligamus quoque hanc lineam abesse ab Æquinoctiali septentrionem versus gradibus viginti ac tribus scrupulisque 45. ac discrepare à maximi circuli mensura in tantum, ut longitu-

Ἀναγκαῖον δὲ καὶ περὶ μήκους καὶ πλάτους τῆς ὅλης οἰκουμένης εἰπεῖν. Τὸ μῆκος τοίνυν αὐτῆς ληψόμεθα, οὐ τὸ συνακόλουθον τῷ ῥομβοειδεῖ σχήματι, ἀλλά τινι κύκλου τμήματι, ὃ τῶν ἄλλων διὰ ὅλου τοῦ μήκους αὐτῆς ἐρχομένων ἁπάντων ἐστὶ μεῖζον, ὅμοιόν τε γὰρ τοῦ Ἰσημερινοῦ ἔκπιπτον ἀπὸ δυσμῶν x x x x ἐδείχθη τοῦ ἐγνωσμένου καὶ πολὺ προτερώτατον ἐπὶ τὰ μὲν νοτιωτέρων τούτου. Εἴη δ' ἂν τὸ τοῦ ἀπέχοντος ἐπὶ τὰ βόρεια τοῦ Ἰσημερινοῦ μοίρας εἴκοσι τρεῖς καὶ γο δ. Διαφορεῖ δὲ καὶ τοῦτο μεγίστου x x x x μύρια ὀκτώ, β, τ π β'. ὥστε ἔγγιστα θ' μυριάδων εἶναι σταδίων τὸ μῆκος x x x x x x x διὰ τὸ ὑπὸ μεγί-

γίστου κύκλου περιέχεσθαι τὸ ἐγνωσμένον.

tudo ejus ſtadia 82382 non excedat, cum maximi ſemicirculi longitudo in 90000 admodum extendatur, quod ideo dictum velim, quoniam inter maximi circuli modum habitabilis terra includitur, atque ad ejus normam expenditur.

Τὸ δὲ πλάτος ἐπὶ μεσημβρινοῦ, γραφομένου δὲ διὰ τῶν Ἱππικῶν τῆς Σαρματίας ὀρῶν, ΧΧΧ στάδια τρισμύρια * δισχίλια φ´. ἤτοι μιλίων χιλιάδες δ τλγ´.

At latitudo in meridiano, illo autem qui per Hippicos montes Sarmatiæ delineatur, ſtadia patet in univerſum 32500. ſeu millia paſſuum 4333.

Περὶ μήκους καὶ πλάτους τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην θαλασσῶν.

De marium per orbem terrarum longitudine ac latitudine.

ΚΕΦ. ιδ´.

CAPUT XIV.

Τῶν δὲ τῆς οἰκουμένης θαλασσῶν τὰ μήκη καὶ πλάτη τόνδε τὸν τρόπον ἔχει. Τῆς μὲν καθ' ἡμᾶς θαλάσσης τὰ ἀπὸ Κῶ τοῦ τῆς Μαυριτανίας Τιγγιτανής ἄκρου, μέχρι τῆς Ἴσσου στάδιοί εἰσι δισμύριοι ευ´, ἤτοι

Longitudines & latitudines marium in orbe terrarum ſic ſe habent. Mare mediterraneum à Co Mauritaniæ Tingitanæ promontorio ad Iſſum uſque ſtadia continet 25400, quæ

Κῶ.] Hujus nominis promontorium in Mauritania Tingitana non occurrit, ſed Κώτης ἄκρον. Longitudo hic Mediterranei maris ponitur 25400. ſtadiorum, & infra 29000. quia addidit 3000 ſtadia à freto Herculeo ad promontorium Sacrum, & 120. longitudinem freti ipſius. Verum ne ſic quidem numeri conſtant. Namque eſſent ab Iſſico ſinu ad fretum 25880 *Tennulius.*

Sta-

Digitized by Google

quæ ſunt millia paſſuum 3386. Latitudo vero ejus patet à Maſſilia (ubi quam maxime in ſeptentriones mare Gallicum ſinuatur) Gilgilim uſque Mauritaniæ coloniam ſtadia 5500, quæ ſunt millia paſſuum 733.

Ponti vero longitudo à Tomis ad oſtia Phaſidis ſtadiorum 6000, ſeu millium paſſuum 823. Latitudo à Phanagoria Boſpori ad Halyos oſtia, qua eſt Pontus latiſſimus, numerat ſtadia 2400, quæ faciunt millia paſſuum 320.

Caſpii autem maris longitudo ab oſtiis Cyri, qui ex Armenia fluit, ad oſtia Iaxartis ſtadiorum eſt 8200. ſeu millia paſſuum 1094. Maxima latitudo ſtadia 2500 non excedit, quæ ſunt millia paſſuum 334.

Pelagi Indici mare Breve, quod præ aliis latiſſime in orientem & occidentem porrigitur, extenditur ab Eſino emporio Barbariæ, ſive metropoli Rhaptorum, ad Sinarum amnem Cottiarim per ſtadia 52500 ſeu mil-

ἤτοι μίλια Γ τ π ϛʹ. Πλάτος δὲ ἀπὸ Μασσιλίας (ἐπεὶ τὸ πλεῖστον ἡ Γαλλικὴ θάλασσα ἐνταῦθα πρὸς Ἄρκτους ἀνακόλπου) ἐπὶ Γίλγιλιν Κολωνίαν τῆς Μαυριτανίας στάδια ε, φʹ, μίλια δὲ ψ λ γʹ.

Τοῦ δὲ Πόντου ἀπὸ Τόμων ἐπὶ τὰς τοῦ Φάσιδος ἐκβολὰς μῆκος μὲν στάδια ϛ, μίλια ω κ γʹ. Πλάτος δὲ τὸ ἀπὸ Φαναγορείας τῆς ἐν Βοσπόρῳ ἐπὶ τὰς τοῦ Ἅλυος ἐκβολάς, ἥπερ καὶ πλατύτατός ἐστιν ὁ Πόντος, στάδια β, υ, μίλια τ κʹ.

Ἔστι δὲ τῆς Κασπίας θαλάσσης μῆκος μὲν τὸ ἀπὸ τῶν τοῦ Κύρου ἐκβολῶν, ὃς κάτεισιν ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας, ἐπὶ τὰς τοῦ Ἰαξάρτου ἐκβολὰς σταδίων η σʹ. ἤτοι μιλίων α ϛ δʹ, πλάτος δὲ πλεῖστον σταδίων β, φʹ, μιλίων δὲ τ λ δ.

Τῆς δὲ μετὰ τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος Βραχείας θαλάσσης, ἐπείπερ αὕτη παρὰ τὰς ἄλλας ἐπὶ πλεῖστον πρὸς ἀνατολὰς καὶ δύσεις ἐκτείνεται, τὸ ἀπὸ Ἐσινοῦ ἐμπορίου τῆς Βαρβαρίας ἢ τῶν Ῥάπτων τῆς μητροπόλεως ἐπὶ Κοττίαριν ποταμὸν τῶν Σινῶν σταδίων μυριάδες ε καὶ β, φ, μι-

φ, μίλια δὲ ζ. πλάτος δὲ τὸ ἀπὸ μυχοῦ τοῦ μεγάλου κόλπου ἐπὶ τὴν ἄγνωστον στάδια τρισμύρια, ἤτοι μίλια δ X

Τοῦ δὲ Ἀῤῥαβίου κόλπου ἐγκλίνοντος πρὸς ἀνατολὰς τὰ μέχρι τῶν στενῶν οὐκ ἔλαττόν ἐστι μυρίων σταδίων, ἅ ἐστι μίλια α τ λ γ'. Γ'.

δὲ ἡ μεγάλη θάλασσα, καὶ τὴν ὅλην οἰκουμένην περιῤῥέουσα κοινῷ μὲν ὀνόματι Ὠκεανὸς καλεῖται, κατὰ κλίματα δὲ διαφόρους ἔχει ἐπωνυμίας. Ὁ μὲν γὰρ ὑπὸ τοῖς Ἄρκτοις πᾶς μὲν Ἀρκτικὸς καὶ Βόρειος λέγεται. ἤδη δὲ αὐτοῦ τὸ μὲν ἀνατολικώτερον Σκυθικὸς Ὠκεανὸς, τὸ δὲ δυτικώτερον Γερμανικός τε καὶ Βρετανικὸς καλεῖται, ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος σύμπας καὶ Κρόνιον πέλαγος καὶ Πεπηγὸς καὶ Νεκρὸς ἐπωνομάζεται. Ὁ δὲ ὑπὸ τῇ Μεσημβρίᾳ σύμπας μὲν καλεῖται Μεσημβρινός τε καὶ Νότιος Ὠκεανός. Πάλιν δὲ αὐτοῦ τὸ μὲν ἀνατολικώτερον Ἐρυθρὰ θάλασσα, τὸ δὲ δυτικώτερον Αἰθιοπικὸς Ὠκεανὸς προσαγορεύεται. Τῶν δὲ λοιπῶν β' κλιμάτων τὸ μὲν κατ' ἀνα-

millia passuum 7000. Latitudo autem ab intimo recessu magni sinus ad incognitam habet stadiorum 30000, sive millia passuum 4000.

Sinus Arabicus in orientem inclinans ad angustias usque stadia 10000 non minus obtinet, millia passuum 1333⅓.

At vero hoc mare magnum & terras omnes circumluens, communi vocabulo quidem nominatur Oceanus, sed pro climatum varietate etiam diversas appellationes sortitur. Nam qua polo arctico subjacet, appellatur Arcticus sive Borealis, cujus tamen pars orientem propior dicitur Oceanus Scythicus, occidentalis vero Germanicus & Britannicus: sed hic ipse universus nuncupatur etiam pelagus Cronium & Glaciale & Mortuum. Qua autem sub meridiem, totus quidem Meridianus & Notius Oceanus dicitur. Rursus autem & hujus pars orienti vicinior Mare Rubrum, qua petit occidentem, Æthiopicus Oceanus audit. In reliquis duobus climatibus, quicquid

quid ejus est ad ortum solis, vocamus Eoum mare seu Oceanum Indicum, quicquid ad occasum, unde nostrum hoc mare repletur, Hesperius nominatur Oceanus, aut etiam per excellentiam Atlanticum pelagus.

ἀνατολὰς Ἑῷον πέλαγος καὶ Ἰνδικὸς Ὠκεανός, τὸ δὲ κατὰ τὴν δύσιν, ἀφ' οὗπερ ἡ καθ' ἡμᾶς θάλασσα πληροῦται, Ἑσπέριος Ὠκεανός, καὶ κατ' ἐξοχὴν Ἀτλαντικὸν προσαγορεύεται πέλαγος.

Itaque terra, quæ sic ab illis circumluitur, trifariam describitur ab iis, qui rectissime illam sunt partiti, in Europam, & Asiam, & Africam. Termini autem Europæ quidem ad Africam fretum ad columnas Herculis, & pelagus, quod per illud repletum versus orientem interest medium ad Canobicum Nili ostium: Asiæ vero ad Africam idem istud Nili ostium & fluvii illius in rectum alveus versus meridiem: ad Europam vero Tanais fluvius in Mæotin paludem se exonerans; quæ ipsa deinde in Euxinum Pontum defluit; hic in Propontidem, Propontis in Hellespontum: unde Ægæum pelagus in meridiem similiter expanditur. Alii prædictas continentes illas, quas po-

Ἡ δ' ὑπὸ τούτων περιρρεομένη γῆ τριχῇ νενέμηται ὑπὸ τῶν ἄριστα τὴν οἰκουμένην διελόντων, εἴς τε τὴν Εὐρώπην, καὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ τὴν Λιβύην. Ὅροι δὲ τῆς μὲν Εὐρώπης πρὸς Λιβύην ὁ καθ' Ἡρακλέους στήλας πορθμός, καὶ τὸ δι' αὐτοῦ πληρουμένου ἐπ' ἀνατολὴν μέσον πέλαγος ἄχρι τοῦ Κανωβικοῦ στόματος τοῦ Νείλου. Τῆς δ' Ἀσίας πρὸς μὲν τὴν Λιβύην τὸ αὐτὸ τοῦτο στόμα τοῦ Νείλου, καὶ ὁ ἐπ' ὀρθὴν τοῦ ποταμοῦ πόρος ἐπὶ μεσημβρίαν. Πρὸς δὲ τὴν Εὐρώπην ὁ Τάναϊς ποταμὸς εἰς τὴν Μαιῶτιν ἐμβάλλων λίμνην, ἣ δὲ εἰς τὸν Εὔξεινον ἐκφέρεται Πόντον, οὗτος δὲ εἰς τὴν Προποντίδα, ἡ δὲ εἰς τὸν Ἑλλήσποντον, μεθ' ὃν τὸ Αἰγαῖον ἐπὶ μεσημβρίαν ὁμοίως ἀναπέπταται πέλαγος. Ἔνιοι δὲ τὰς προκειμένας ἠπεί-

ρους ἰσθμοῖς διείργουσιν· ἀπὸ μὲν τῆς Ἀσίας τὴν Εὐρώπην τῷ μεταξὺ Κασπίας θαλάσσης καὶ τοῦ Πόντου, τὴν δὲ Λιβύην τῷ μεταξὺ τοῦ Ἀραβίου κόλπου καὶ τῆς κατὰ τὸ Πηλούσιον θαλάσσης.

Αἱ μὲν ὁλοσχερεῖς τομαὶ τῆς οἰκουμένης εἰσὶ τοιαῦται. Τῶν δὲ ἐμφερομένων ἐν αὐτῇ πελαγῶν τὸ μὲν ἀπὸ δύσεως τῶν Ἰβηρικῶν ἄκρων ἐπ' ἀνατολὴν ἄχρι τοῦ κατὰ τὴν Κιλικίαν Ἰσσικοῦ κόλπου διῆκον, στάδιά ἐστι δισμύρια ἐννεακισχίλια, ἤτοι μίλια x x x x x x x. Ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου μέχρι τῆς Ῥοδίας ε ἀριθμοῦνται μίλια χξζ. ἐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὸ ἑῷον ἀκρωτήριον τῆς Κρήτης, ὃ Σαμώνιον καλεῖται, χίλιοι στάδιοι, μίλια δὲ ρλγ. ἀπὸ τοῦ Σαμωνίου ἐπὶ Κριοῦ μέτωπον, ἕτερον τῆς Κρήτης ἀκρωτήριον τὸ ἑσπέριον, αφ', ὅπερ ἐστὶ καὶ μῆκος τῆς νήσου. Διάρμα δὲ ἐντεῦθεν ἐπὶ Πάχυνον ἄκρον τῆς Σικελίας δφ', ὃ δὴ καὶ μῆκός ἐστι τοῦ Σικελικοῦ πελάγους. Ἀπὸ Παχύνου δὲ ἐπὶ πορθμὸν πλείονες ἢ χίλιοι, διάρμα δὲ ἐντεῦθεν ἐπὶ στήλας μύριοι καὶ Γ, ἀπὸ δὲ στηλῶν

posui, dispescunt isthmis: ab Asia Europam quidem illo, qui medius inter Caspium mare & Pontum; Africam autem illo inter sinum Arabicum & mare ad Pelusium.

Atque hæ quidem sunt generales terrarum sectiones: Marium vero intra eas decurentium, hoc ab occasu promontoriorum Hispanicorum in orientem usque ad Issicum Ciliciæ sinum penetrans, est longum stadia 29000, seu millia passuum xxxxxxx. Namque ab Issico sinu usque Rhodum numerantur stadia 5000 millia passuum 667. Hinc ad orientale Cretæ promontorium, quod Samonium appellant, stadia mille, quæ sunt millia passuum 133. à Samonio ad Criu Metopon alterum Cretæ promontorium occidentale, stadia 1500. quæ est etiam insulæ longitudo. Ab hoc trajectus in Pachynum Siciliæ promontorium stadiorum 4500. quæ est ipsa etiam longitudo maris Siculi. A Pachyno ad fretum plura sunt quam mille stadia: inde ad columnas trajectus 13000, denique à co-

columnis ad ſacrum promontorium 3000. Hæc quidem igitur longitudo.

Latitudo vero pelagi maxima eſt ſtadiorum 5000 à Gallico ſinu, qui medius inter Narbonem ac Maſſiliam, uſque in oppoſitam Africam. Cæterum hoc omne pro locorum varietate appellationes variat. Nam oſtium pelagi ipſum dicitur fretum ad columnas Herculis, cujus longitudo eſt ſtadiorum 120 ſeu millium paſſuum 16: latitudo, ubi anguſtiſſimum 70 ſtadia. Hoc fretum ingreſſis ſtatim ſeſe aperit noſtrum mare, cujus latus omne, quod Africæ littus ſtringit ad Ægyptum uſque, vocatur pelagus Libycum, in quo etiam conſtituuntur ſinus, quos Syrtes indigetant. Harum minor, occidentalior alterâ, ambitur ſtadiis 1600, millibus paſſuum XXXXXX, major vero ſtadiis 5000, cujus profunditas ad ſtadia 1500, quanta etiam oſtii latitudo.

Pelagus autem, quod Europæ adjacet, compluribus nominibus deſcribitur. Primum

λῶν ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀκρωτήριον Γ, τοῦτο μὲν δὴ μῆκος.

Τοῦ δὲ πελάγους πλάτος τὸ ἐστι τὸ μέγιστον σταδίων ε τὸ ἀπὸ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου, τοῦ μεταξὺ Ναρβῶνος καὶ Μασσαλίας, ἐπὶ τὴν κατ' ἀντικρὺς Λιβύην. ὀνομασίας δὲ ἔχει τὸ σύμπαν κατὰ τόπους διαφόρους. Τὸ μὲν γὰρ στόμα τοῦ πελάγους αὐτὸ πορθμὸς καθ' Ἡρακλέους στήλας καλεῖται. Ἔστι δὲ τούτου τὸ μῆκος σταδίων ρκ', μιλίων ιϛ'. πλάτος δὲ ᾗ στενώτατον ό. εἰσπλεύσασι δὲ τὸν πορθμὸν τοῦτον εὐθέως ἡ καθ' ἡμᾶς ἀναφαίνεται θάλασσα. ἧς τὸ μὲν πρὸς τῇ Λιβύῃ μέχρι τῆς Αἰγύπτου Λιβυκὸν καλεῖται πέλαγος. ἐν ᾧ κόλποι συνίστανται οἱ προσαγορευόμενοι Σύρτεις. Τούτων δὲ ἡ μὲν ἐλάττων δυτικωτέρα οὖσα τῆς ἑτέρας περίμετρον ἔχει σταδίων α, χ'. μίλια δὲ XXXXXX ἡ δὲ μείζων ε, ταύτης δὲ βάθος α ἐστὶ καὶ φ', ὅσον καὶ τὸ πλάτος τοῦ στόματος.

Τὸ δὲ πρὸς τῇ Εὐρώπῃ πέλαγος πλείονας ἔχει τὰς ἐπωνυμίας. Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἀπὸ

ἀπὸ τῆς δύσεως Ἰβηρικὸν λέγεται, μετ' ἐκεῖνο δέ ἐστιν ὁ μετὰ Μασσαλίαν καὶ Ναρβῶνα Γαλατικὸς κόλπος. Εἶτα κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν τῆς νῦν Ἰταλίας Λιγυστικὸν ἐκδέχεται πέλαγος, μετὰ δὲ τοῦτο τὸ Σαρδῶον, ἑξῆς δὲ τούτῳ τὸ Τυρρηνικὸν, εἶτα τὸ Σικελικόν. Φθάνει δὲ τοῦτο ἄχρι Παχύνου ἐπὶ μεσημβρίαν, καὶ τῶν ἄκρων τῆς Κρήτης ἐπὶ τὴν ἕω, καὶ τῆς Ἰαπυγίας ὡς ἐπὶ Βορρᾶν. μεθ' ἣν ὁ Ἀδρίας πολὺς ἀναχεῖται κόλπος ἐπὶ τὰς Ἄρκτους, εἶτ' εἰς δύσιν ἀποκλίνει, μῆκος μὲν ἔχων Γ, σταδίων, μιλίων XXXXX πλάτος δὲ ᾗ πλατύτατος α καὶ σ. τούτου δὲ XXXX Ἰλλυρίς ἐστι, τὰ δὲ εὐώνυμα ἡ Ἰταλία μέχρι τοῦ κατ' Ἀκυληίαν μυχοῦ καὶ Πώλας.

Μετὰ δὲ τὸ Σικελικὸν πέλαγος ἐκδέχεται τὸ Κρητικὸν, ᾧ συνάπτει τὸ Αἰγύπτιον, μεθ' ὃ τὸ Φοινίκιον, εἶτ' ἤδη ἐπὶ τὰς Ἄρκτους παρεγκλίνει τὴν ἄνω Συρίαν καὶ τὴν Κιλικίαν παραζύον, μεθ' ἃς ἐπὶ δύσιν ἀπονεύει, καὶ Παμφύ-

mum enim ab occidente vocatur Ibericum; quod sequitur post Massiliam & Narbonem Gallicus sinus; deinde, circa principium nunc Italiæ Ligusticum pelagus excipit, post illud est Sardoum, ac continuo Tyrrhenicum, postea Siculum, quod magnum tractum occupat versus meridiem usque Pachynum, & promontoria Cretæ versus orientem, versus Borean usque Japygiam: post quam Adriaticus sinus sane magnus refunditur obversus Septentrionibus, sed mox ad occasum obliquatur, longus quidem stadiorum 3000, quæ sunt millia passuum xxxxx. Latus autem, ubi plurimum, stadia 1200. Hujus *oram dextram prætendit* Illyricum, lævam Italia usque ad intimum recessum circa Aquilejam & Polas.

Post Siculum pelagus est Creticum, cui contiguum est Ægyptium, à quo Phœnicium, mox jam deflectitur in Septentriones simul superiorem Syriam Ciliciamque stringens; post quas in occidentem abscedit,

dit, pelagusque Pamphylium appellatur usque ad Chelidonias insulas & extremam Lyciam. A Chelidoniis autem committitur Ægæum versus Septentriones, cujus longitudo in Borean 4000 stadiorum est, millia passuum 533. Latitudo maxima 2000 stadiorum. Post hoc cogitur in angustum Hellespontus, septem stadiorum spatium habens inter Sestum & Abydum.

φύλιον προσαγορεύεται πέλαγος ἄχρι Χελιδονίων νήσων καὶ ἄκρας Λυκίας. Ἀπὸ δὲ τῶν Χελιδονίων ἀνάπλεται ὡς πρὸς Ἄρκτους τὸ Αἴγαιον, μῆκος ἔχον ἐπὶ Βορρᾶν δ, σταδ. μιλ. δὲ φλγ. πλάτος δὲ ἡ πλατύτατον β, μεθ' ὃν συνάγεται εἰς στενὸν Ἑλλήσποντος, ἑπτὰ σταδίων ἔχων διάστημα κατὰ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον.

Ab hoc deinde laxatur Propontis, cujus longitudo à Troade usque ad Byzantium stadiorum 1500, quæ sunt millia passuum xxxx. Latitudo prope æqualis. Post Propontidem rursus arctatur quoque Ponti ostium in quadristadium, quod appellatur Bosporus Thracius. Hinc jam ipse Pontus aperitur, in duo velut maria se diffindens. Quippe circa ejus medium duo eminent promontoria, 2500 circiter stadiis invicem dirempta; quorum alterum ab Asia procurrens in Septentriones dicitur Carambis, alterum ab Europa in austrum Criu Metopon appellatur.

Εἶτα ἀπ' αὐτοῦ πλατύνεται ἡ Προποντὶς, μῆκος μὲν ἔχουσα τὸ ἀπὸ τῆς Τρωάδος ἐπὶ τὸ Βυζάντιον σταδ. α. καὶ φ', μιλ. δὲ xxxx πάρισον δέ πως καὶ πλάτος. Μετὰ δὲ τὴν Προποντίδα εἰς τετραστάδιον αὖθις στενοῦται καὶ στόμα τοῦ Πόντου, ὃ καλεῖται Βόσπορος Θρᾴκιος. Ἐντεῦθεν δὲ ἤδη ὁ Πόντος αὐτὸς ἀνοίγεται διθάλασσος ὢν τρόπῳ τινί. Κατὰ μέσον γὰρ αὐτοῦ δύο ἀνέχουσιν ἄκραι, ἀλλήλων ἀπέχουσαι δισχιλίους που καὶ φ' σταδίους, ὧν ἡ μὲν ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπ' Ἄρκτους ἀνατείνουσα καλεῖται Κάραμβις, ἡ δὲ ἀπὸ τῆς Εὐρώπης πρὸς νότον Κριοῦ μέτωπον προσαγορεύεται.

Καὶ τὰ μὲν ἀριστερὰ τοῦ Πόντου, ἅπερ ἐστὶ πρὸς ἑσπέραν, μῆκος μὲν ἔχει ἀπὸ Βυζαντίου μέχρι τῶν ἐκβολῶν Βορυσθένους σταδ. Γ, ω'. μιλ. δὲ XXX. Πλάτος δὲ β, τὸ δὲ ἑῷον μέρος, ὅπερ ἐστὶ καὶ δεξιὸν τοῖς εἰσπλέουσι, μῆκος ἔχει ε ἢ μικρῷ πλέον, ἀπὸ τοῦ στόματος ἐπὶ τὸν κατὰ Διοσκουριάδα μυχὸν, πλάτος δὲ Γ,.

Et læva quidem Ponti, quæ ad occidentem sunt, longitudine sua à Byzantio ad ostia Borysthenis obtinent stadia 3800. quæ sunt passuum millia xxx, latitudine vero 2000. Eoa autem pars, quæ innavigantibus est etiam dextera, longitudinem habet stadiorum 5000, aut aliquanto plus, ab ostio ad recessum juxta Dioscuriadem: Latitudo est 3000 stadiorum.

Ἡ δὲ περίμετρος τοῦ σύμπαντος Πόντου δισμύριά ἐστι καὶ ε, ἐοικυῖα Σκυθικῷ τόξῳ. Τὰ μὲν γὰρ δεξιὰ τῇ νευρᾷ παρομοιοῦσι. Πάντοθεν γάρ ἐστιν ἰθυτενὴ πλὴν τῆς ἀνεχούσης Καράμβεως· Τὸ δὲ λοιπὸν πᾶν τῷ κέρατι τοῦ τόξου διπλῆν ἔχοντι τὴν ἐπιστροφὴν, ὥστε δύο κόλπους συνίστασθαι, ὧν ὁ Ἑσπέριος κατὰ πολὺ περιφερέστερος ὑπάρχει τοῦ ἑωθινωτέρου.

Universi autem Ponti ambitus est stadiorum 25000, similis Scythico arcui; quippe dextra chordam imitantur: ubique enim ita in rectum tenduntur, nisi qua Carambis eminet; sed reliquum omne cornui arcus par est duplicem habenti curvaturam, sic ut constituantur duo sinus, quorum occiduus est multo præstantior orientaliori.

Τούτου δὲ πρὸς Ἄρκτον ἡ Μαιῶτις ὑπέρκειται λίμνη, τὴν περίμετρον Θ, οὖσα σταδίων, ἧς τὸ στόμα Κιμμέριος καλεῖται Βόσπορος. ἡ μὲν δὴ καθ' ἡμᾶς θάλασσα τοιαύτη.

Ab hoc Ponto Euxino in Septentriones sursum sita est Mæotis palus, ambitu stadiorum 9000, cujus ostio nomen est Cimmerio Bosporo. Atque ita se habet mare nostrum.

Stadiorum 25000. Amm. Marcellinus Lib. 22. *Omnis autem ejus velut insularis circuitus littorea navigatio viginti tribus dimensa milibus stadiorum, ut Eratosthenes affirmat, & Hecatæus & Ptolemæus aliique hujusmodi cognitionum scientissimi scitatores, in speciem Scythici arcus nervo coagmentati geographiæ totius assensione formatur.* Ut hunc numerum invenias, connumerandi sunt sinuum ambitus. *Tennulius.*

F I N I S.

EXPOSITIO TOTIUS
MUNDI
ET
GENTIUM.

Confer hunc librum cum iis quae ex Italico codice edidit Mai et ex Maio Barthius. Comparandus etiam codex Parisinus 7418 (lat.) fol. 4 [illegible] [illegible] p. 15 sqq.

CL. SALMASIUS.

Vetus scriptor Græcus qui περιήγησιν τῆς οἰκουμένης *composuerat.* xxx *Græci auctoris illius textum ipsum non habemus. sed versionem tantum antiquam, ab homine inepto & barbaro ac Latinæ juxta Græcæque linguæ imperito curatam, cujus nobis copiam fecit Juretus noster. ad Histor. Aug.* 456.

CASP. BARTHIUS.

Geographus Rusticus: Beritus civitas &c. ad Zachariam Mitylen. p. 244. *Et pag.* 250. *Chorographus incertus sub Constantio & Constante, nuper rustico veteri sermone Latino promulgatus.*

PHIL. BRIETIUS.

Vetus orbis descriptio conceditur Alipio cuidam Antiocheno. Scripta est sub Constantio & Constante Latine tantum: quæ enim nuper prodiit Græce, hæretici malam fidem & inscitiam loquitur. Parall. Geogr. vet. & nov. vol. 1. *p.* 10.

EXPOSITIO TOTIUS MUNDI ET GENTIUM.

SUNT autem & ſine imperio SERE gentes videlicet. Eſcam verò non utuntur omnibus communem. Scilicet quod neque malitiam corporis noſtri habent, neque enim pulex, neque pedulus, nec cimes, aut lindes apud eos invenitur, aut in corpore aliquid infirmum. Neque enim veſtimenta utuntur omnibus communia: ſed ita inlibata eſt veſtis eorum, que neque inſordidari poteſt: & ſi hoc contingat, per ignis gladium loturam expetant, ardens enim melior fit. Neque ſeminant, neque metunt. Sunt enim ſpecies exceltes variæ & pretioſe, veluti lapides pretioſi, hoc eſt ſmaragdi, margaritas, jacinti, & carbunculus & ſaphirus in montibus: & inde omnes exeunt ſic, ſecundum hunc modum. Fluvius exiens exit in montibus, per ſingulos dies ac noctes manans, magis verò adſidet cacumina montium in multitudine aquæ cingitur: Proxime gentis aſtutia invenit artem per aquas que exinde exeunt invenire poſſit, facientes retias in conguſta loca fluvii ſuſcipiunt ventura: Cum tanta verò felicitate neque laborant, neque egrotant: ſolum autem moriuntur, ſcientes & diem mortis ſuæ: moriuntur enim omnium centum decem & octo, & centum viginti annorum: & major minoris mortem non volet, nec parentes filiorum: Scientes ſinguli diem mortis ſuæ, ſibi faciunt ſarcofagum, de aromatibus varium (quoniam ad eos omnia aromata abundant) & ponens ſe ibi expectat experentem animam: ventura autem hora omnes ſalutans, & omnibus valedicens, ſic debitum reddit, & eſt multa ſecuritas. Et

hoc quidem hujus gentis bona ex parte diximus: multa enim habentes dicere prætermisimus. Habitatio autem terræ eorum est mansionum septuaginta.

Post ipsam gentem quid aliud est venientibus ad Occidentes BRAXMANI degunt: & ipsi sine imperio transigunt benè, & detinent vicinorum bonitatem. Et est abitatio eorum mansionum quinque.

Post hos ad altera regio EVILTARUM, & ipsi sine imperio, & penè Deorum vitam viventes. Et horum terra mansionum triginta duo.

Post hos altera gens quæ vocatur EMER, & ipsa vivens sine imperio, transigit legaliter; & habitant terram mansionum quadraginta septem.

Post hos regio quæ appellatur NEBUSA, qua invenitur Tyrannorum initium. Et regitur à Majoribus; & est mansionum sexaginta. Hinc seminatio & messio.

Prædictæ autem gentes sine camarinas vivunt pomis, & piper & mella camarina: panem enim celestem cotidianum accipiunt. Inter eos omnis nec irascitur, nec judicium appetunt, neque rixa, neque cupiditas, neque dolum vel aliquit mali est.

Post ergo Nebus gentem adiacet regio DISAPH: quam qui habitant, reguntur benè quomodo vicini. Et habitant terram tenentem mansiones ducentas quadraginta.

Post hanc gens sic appellanda JONEUM: cujus homines eodem modo vicinantibus viventes vitam transigere putant: indifferens enim ad eos vita. Et habitant terram centum viginti mansionum.

Deinde DIVA gens eodem modo reguntur à Majoribus, habentes terram mansionum ducentas decem.

Deinde est INDIA MAJOR, à quâ triticum & omnia necessaria exire dicuntur: similiter proximis viventes

tes benè transigunt ; & habitant terram magnam & bonam, mansionum ducentarum decem.

Deinde adjacet eximia Regio, quæ dicitur viros habere fortes & valde industrios in bellis, & utiles in omnibus, INDIA MINOR. Cùm ei motus fuerit belli, à Persis petit auxilium, quo in omnibus habundant. Et habitant terram mansionum centum quinquaginta.

Post hos INDIA MINOR, cujus gens regitur à Majoribus & ad eos elefantorum innumerabilis multitudo, & Perse ab ipsis accipiunt propter multitudinem. Habitant terram mansionum quindecim.

Post hos sunt PERSÆ, Romanis propinquantes, qui istoriantur valdè in malis omnibus, & bellis esse fortes. Et impietates ab eis magnas agi dicunt, non cognoscentes naturæ dignitatem, sicuti muta animalia matribus & sororibus condormiunt, & impiè faciunt in illum, qui fecit eos, Deum. Aliàs autem abundare dicuntur in omnibus : data enim potestate ad eos adpropinquantibus gentibus, negotii suæ regionis omnia habundare videntur.

Horum autem prope SARRACENORUM gens degit, rapinâ sperantium suam vitam transigere : & mulieres ajunt in eos regnare.

Et hæc quidem de prædictis gentibus Historicus ait. Quoniam verò necessarium est, & Nostram Terram, hoc est Romanorum, conscribere, experiar exponere, ut possit legentibus prodesse : incipiamus ergo. Diximus enim, Persarum terras quot mansionum esse dixerunt qui conscripserunt, & quia impii, ac perjuri, & sponsiones non custodientes nec belli neque alterius negotii.

Post hos nostra terra est. Sequitur enim Mesopotamia & Osdroëna.

ME-

MESOPOTAMIA quidem habet civitates multas & varias: quarum excellentes ſunt, quas volo dicere. Sunt ergo Niſibis & Edeſſa; quæ in omnibus viros habent optimos, & in negotio valde acutos, & benè nantes præcipuè & divites, & omnibus bonis ornati ſunt: Accipientes enim à Perſis ipſi in omnem terram Romanorum vendentes & ementes iterum tradunt, extra eramen & ferrum, quia non licet hoſtibus dare eramen aut ferrum. Iſtæ autem civitates ſemper ſtantes, *dum & Imperatoris* ſapientia, habentes menia inclita bello, ſemper virtutem Perſarum diſſolvunt: ferventes negotiis, & tranſigentes cum omni provincia benè.

Deinde OSDROENÆ Edeſſa, & ipſa civitas ſplendida.

Deinde jam regio SIRIÆ omnis partitur in tres Sirias, Pynicam, & Paleſtinam & Cœlam. Et habent civitates varias & excellentes & maximas, quorum ex parte memoratus delectabor audientes.

Eſt ergo *Antiochia* prima civitas Regalis, & bona in omnibus, ubi *Dominus Orbis terrarum* ſedet, civitatem ſplendidam & operibus publicis eminens, & multitudinem populorum accipiens, omnis ſuſtinet, habundans omnibus bonis.

Jam alteræ civitates veluti *Tyrus*, quæ, omnium negotium ferventer agens, magnificè felix eſt: nulla enim fortè civitas Orientis eſt ejus ſpiſior in negotio; & divites viros habens, & potentes in omnibus portis.

Tam *Beritus* civitas valde delitioſa, & auditoria legum habens, per quam omnia Judicia Romanorum: Inde enim viri docti in omnem orbem terrarum adſedent Judicibus, & ſcientes leges cuſtodiunt provincias, quibus mittuntur legum ordinationes.

Jam

Jam etiam & *Cæsarea* civitas est similiter delitiosior, & habundans omnibus, & dispositione civitatis in multa eminens: Tetraphylon enim ejus nominatur ubique, quod unum est novum aliquid spectaculum.

Jam altere omnes, quorum & ipsorum nomina ex parte necessarium est dicere, quia singula eorum habent.

Præcipua est ergo & bona civitas & *Ladicia*, quæ suscipiens omnem negotium & emittens Antiochiæ magnificè adiuvit & exercet.

His similiter & *Seleucia* civitas obtima, quæ & ipsa omnia quæ veniunt prædictæ Antiochiæ offert & fiscales species & privatas. *Dominus orbis terrarum Imperator* CONSTANTINUS videns, quod sic utilis est ei & exercitui, montem maximum secavit, & introduxit mare, & portum fecit magnum & bonum, ubi venientes naves salvarentur, & fiscale onus non periret.

Deinde aliæ jam civitates omnes *Ascalon*, & *Gaza*, civitates eminentes, & in negotio bullientes, & habundantes omnibus, mittunt omni negotio Syriæ & Ægypto vinum optimum.

Neapolis & ipsa civitas gloriosa & valde nobilis.

Tripolis, & *Scytopolis*, & *Bibilus* & ipsa civitas in industria posita.

Hæliopolis, quæ propinquat Libano monti, mulieres speciosas pascit, que aput omnes nominantur Libanotidas; ubi *Venerem* magnificè colunt: dicunt enim eam ibi habitare, & mulieribus gratiam formositatis dare.

Sunt autem iterum civitates, & ipsa *Sidon*, *Sarepta*, *Ptolemes*, *Eleutheropolis*, obtima similiter & *Damascus*.

Quoniam ergo ex parte prædictas civitates describsimus & diximus in linteamina sunt Ae Scitopolis, Ladicia, Biblus, Tipus, Beritus, quæ linteamen omni orbi terrarum emittunt, & sunt habundantia. Similiter autem & Sa-

Sarafa, & Cæsarea, & Neapolis, quomodo & Lydda purpuram altinam. Omnes autem prædictæ civitates gloriosæ & fructiferæ in frumento, vino & oleo. Hi & omnibus bonis Nicholaum itaque palmulam in Palestinis regio, loco, qui sic vocatur Jericho, similiter & Damascena, & altera palmula minore & psittatium, & omne genus pomorum habitantem.

Quoniam autem oportet & singula eorum describere, quid à singulas civitates delectabiles esse potest, & hoc dicere necessariu est.

Habes ergo Antiochiam quidem in omnibus delectabilibus habundantem, maximæ autem Circensibus. Omnia autem quare? Quoniam ibi *Imperator* sedet, necesse est omnia propter eum. Ecce similiter Ladicia, Circenses, & Tyrus & Beritus & Cæsarea: sed Laodicia mittet aliis civitatibus agitatores obtimos: Tyrus & Beritus, mimarios: Cæsarea, pantomimos: Eliopolis, choraulas: maximè quod à Libano Musæ illis inspirent divinitatem dicendi. Aliquando autem & Gaza habet bonos auditores: dicitur autem habere eam & pammacharios: Ascalon, athletas luctatores: Castabetia, calopettas.

Omnes autem per negotia stant, & viros habent divites in omnibus & oratione & opere & virtute: & aëres temperatos habent.

Et hæc quidem Syriæ ex parte: Prætermisimus enim multa, ut non extendere extra oportunum orationem videamur, & cæteras regiones quoque & provincias scribere possimus.

Habes ergo de levâ parte Syriæ, & ÆGYPTI & Alexandriæ & totius Thebaidis partes, que describere necessarium est.

Habes ergo omnem *Ægypti* regionem coronatam fluvius qui

qui ſic vocatur Nilus, qui veniens rigat omnem faciem terræ, & fructum feret omnia, ſine oleo: triticum autem, hordeum, legumen & vinum habundantem: viros ſimiliter nobiles, Deos colentes eminenter: nuſquam enim Deorum miſteria ſic perficitur, quomodo ibi ab antiquo, & uſque modò: & penè ipſa omni orbi terrarum tradidit Deos colere. Dicunt autem Chaldæos melius colere: tamen quos videmus, miramur, & in omnibus primos eſſe dicimus. Etenim ibi Deos habitaſſe, aut & habitare ſcimus. Aliqui autem & literas ab eis inventas eſſe dicunt: alii autem à Chaldæis, alii autem à Punicis. Quidam autem Mercurium inventorem eſſe literarum volunt: & multis dicentibus, nemo verum ſcit, nec credi poteſt. Tamen viros ſapientes præ omnem mundum Ægyptus habundat. Metro enim ejus Alexandria in omnem gentem invenies Philiforum omnem doctrinam. Itaque aliquando certamine facto Ægyptiorum & Græcorum, quis eorum muſium accipiat, argutiores & perfectiores inventi Ægyptii, & vicerunt, & muſium ad eos judicatus eſt: & impoſſibile eſt in quacunque re invenire volueris ſapientem, quomodo Ægyptium? Et ideò omnes Philoſophi, & qui ſapientiam litterarum ſcientes, ibi ſemper morati ſunt, meliores fuerunt: Non enim eſt ad eos ulla impoſtura, ſed ſinguli eorum quod pollicentur certè ſciunt: Propter quod non omnes omnium, ſed quiſque ſua per ſuam diſciplinam ornans perficit negotia.

Alexandria autem civitas eſt valdè maxima, & eminens in diſpoſitione, & habundans omnibus bonis, & eſcis dives: Piſcium enim tria genera manducat, quod altera provincia non habet, fluminale & ſtagneſe & marinum. Omnes autem ſpecies aut aromatibus, aut aliquibus negotiis barbaricis in ea habundant: ſupra caput enim

habens Thebaidis Indorum genus, & accipiens omnia præstat omnibus. Et Dii coluntur eminenter, & templum Serapis ibi est, unum est solum spectaculum novum in omni mundo. Nusquam enim terræ aut ædificium, aut dispositio templi, aut religionis invenitur, undique autem musium ei reddire videatur. Possedit cum omnibus quibus habet bonis & unam rem, quod nusquam nisi in Alexandria & regione ejus fit, cujus neque judicia neque privata negotia regi possunt, sed penè per ipsam rem omnis hominum natura stare videtur. Et quid est, quod sic à nobis laudatur? Carta,quod ipsa faciens, & omni mundo emittens, utilem speciem omnibus ostendere: sola hoc supra omnes civitates quæ & provinciæ possidens, sed sine invidia præstans suorum bonorum. Et Nilus autem bonitatem supra omnem provinciam possidens: qui Nilus fluvius estatis hora descendens rigat omnem terram, & ad seminationem parat, quem seminati habundantes magnâ benedictione implentur: ad eos enim una mensura, centum & centum viginti mensuras facit: & sic per singulum annum terra reddens; & aliis provinciis utilis est: Constantinopolis enim Traciæ ab eâ quamplurimè pascitur: similiter & Orientales partes, maximæ, propter exercitium *Imperatoris*, & bellum Persarum: propterea non posse aliam provinciam sufficere, nisi divinam Ægyptum. Quem & nominans à Diis plus esse puto: ubi Deos, uti prædiximus, colentes benè, historia maximæ offerunt. Et sunt sacra omnia & templa omnibus hornatæ: ditimi enim & Sacerdotes & Ministri, & Aruspices, & adoratores, & Divini obtimi habundant: Et fit omnia ordine: Aras itaque invenies semper igne splendentes, & sacrificiorum & ture plenos: vittas simul & turabula plena aromatibus divinum ordinem spiraven. Jam & civitatem Judicibus bene regen-

regentem invenies: in contemptu ſemen ſolus populus Alexandriæ: Judices enim in illa civitate cum timore & tremore intrant, populi juſtitiam timentes: ad eos enim ignis & lapidum emiſſio ad peccantes Judices non tardat: & eſt in omnibus & civitas & regio incomprehenſibilis: & totius orbis terræ pene de veritate Philoſophiæ ipſa ſola habundat, in quâ inveniuntur plurima genera Philoſophorum: itaque & Aſcolapius dare ei voluit medicinæ peritiam, ut habeat in toto mundo medicos obtimos præſtare dignatus eſt, & quamplurima inicium ſalutis omnibus hominibus illa civitas conſtat.

Et hæc quidem de prædictas regiones quoque & civitates ex parte: non enim omnia ſcribere poſſibile eſt, & aëres verò habet valde temperatos.

Deinde jam de dextris iterum Syriæ ſupra invenies ARABIAM: cujus civitas maxima eſt Nonſtra; quæ negotia maxima habere dicitur: propinqua Perſis & Saracenis: in quâ publicum opus Tetrapoli mirantur.

Deinde iterum regio CILICIÆ, quæ faciens multum vinum lætificat & alias provincias: & habet civitatem magnam & bonam, quæ ſic vocatur, Tharſum.

Poſt hæc in ſuperiori parte CAPPADOCIA eſt, quæ habet viros nobiles, & civitatem maximam Cæſariam. Frigora autem maxima habere dicitur, ut non poſſe hominem imperitum locorum, ſine aliquo artificio habitare. Negotia autem hæc obtima ubique mittere eam ajunt; leporinam veſtem & Babillonicum pellium, & illorum *divinorum* animalium formunſitatem.

Inde obviat GALACIA provincia obtima, ſibi ſufficiens. Negotiatur *veſtem* plurimam: Aliquotiens verò & *milites* bonos Dominis præſtat. Et habet *civitatem* maxi-

Digitized by Google

maximam, quæ dicitur Ancyra. Divinum *panem*, & eminentiſſimum manducare dicitur.

Iterum FRIGIA, & ipſa regio bona, & ipſa fortes viros poſſidens, ſecundum ſcribturas antiquorum, Homeri quoque & Vergilii, & aliorum, qui bellum ipſorum, quæ Prigium & Gregorum conſcribentium: Quæ & *civitatem* maximam habere dicitur Laodiciam, quæ veſtem ſolam & nominatam emittat, quæ ſic vocatur, Laodiciam.

Deinde hujus ſupra ARMENIA MINOR, quæ *Equites* & ſagittarios præſtare ajunt utiles ad bellum.

Deinde PAPLAGONIA & PONTUS, virorum divitum habitatio, & valde eminentium. Similiter Cappadocus & Galatis, in doctrinâ quoque & in omnibus bonis, & mulieres ſpecioſas. Hiſtoria verò de eas dicit ſpecioſas eſſe, & candidas nimis, ut viſæ Deæ eſſe putentur. Viros itaque prædictæ provinciæ, quæ & civitatum, hoc eſt Pontus & Pappaglonia & Galatia & Cappadocia. Habent & prudentes viros. Si autem vis & prudentiam virorum audire, aſpice in duo Comitata, Orientis quoque & Occidentis, & multos ibi invenies, quàm in aliis civitatibus aut provinciis, quomodo Ponticus aut Paplagones & Cappadoces & Galatas: propterea & temptari per eos juſſione Imperatorum negotia putant: Sunt enim valde fideles devitia naturæ bonum in ſe habentes: ſic majoribus & melioribus proficere urgentur. Hic autem de his deſinens rationem, jam incipiam ſequentia dicere.

Sunt enim hæc media terrena. Quoniam autem neceſſarium eſt ſignificare partes propinquantes mari, iterum autem de Cilicia eſt & ISAURIA, quæ viros fortes habere dicitur, & latrocinia aliquando facere conati ſunt:

ma-

magis verò & adversarii Romanorum esse voluerunt, sed non potuerunt invictum nomen vincere.

Post quam est PAMPHILIA regio obtima & sibi sufficiens: oleum autem multum faciens, & alias regiones implens. Habet autem duas civitates splendidas, Pergen & Siden.

Post hanc LICIA Regio sibi sufficiens: & habet montem maximum qui Caucasus dicitur, qui major sub cœlo non esse ajunt.

Post Liciam CARIA.

Et sic est Maxima ASIA, quæ eminet in omnem provinciam, & habet civitates innumerabiles, maximas verò, & ad mare multas quidem habet: ex quibus nominare duo necessarium est: Ephesum quoque, quæ portum præcipuum habere dicitur: similiter autem Smyrna, & ipsa civitas splendida. Regio autem tota lata & frugifera in omnia bona, vina varia, oleum, horidiam, purpuram bonam alicem. Et est valde admirabilis, cujus laudem per multas ponere difficile est.

Post hanc est ELLESPONTUM, regio frugifera, frumento, vino, & oleo ornata. Civitates, a. habet antiquas illas Troiam & Olium: horum autem majorem Cyzicum: quæ & positioni, & magnitudini, & ornamento, & formonsitati omnem laudem superare potest. Et ibi enim Venus mulierum pulchritudinem, sagitta Cupidis ornata, constituere voluit.

Post Ellespontum est invenire admirabilem BITTINIAM: quæ maxima & obtima: quæ sic omnem fructum facit. Civitates habet multas quidem, & admirabiles, Niciam & Nichomediam. Et Niciæ quidem civitati dispositioni difficile est alibi invenire: regulam autem putat aliquis impositam esse omni civitati, propter æqui-

æquitatem & formonsitatem: & est in omnibus ornata & constans. Nicomedia verò & ipsa eminens & admirabilis, & in omnibus habundans, & habens opus publicum optimum, Basilicam Antiquam: quæ divinum ignem de cœlo descendisse & combussisse eam dicunt: & condita est postea à *Constantino*. Habet autem & Circenses, structuram valde bonam, in qua eminet: Circensium, spectaculum diligentius spectatur.

Post Bittiniam iterum TRACHIA provincia: & ipsa duces in fructibus & maximos habens viros & fortes in bello. Propter quod & frequenter inde milites tollentur. Habet autem civitates splendidas, Constantinopolim & Aeracleam: quæ Constantinopolis cùm esset aliquando Byzantium, *Constantins* conditam suum cognomen civitati imposuit. Heraclea verò excellentem opus habet, & Teatrum, & regale Palatium: Constantinopolis autem omnia præcipua habere potest, propter Constantinum. Nec non verò etiam Circensium spectaculum sevissime sectatur.

A Trachiâ ergò obviantem invenies MACEDONIAM: quæ habundans omnia, negotium vero eicit ferrum & plumam. Aliquotiens enim & lardum & caseum Dardanicum (adjacet enim ei DARDANIA) & habet civitatem splendidam Thessalonicam: quæ est & ipsa una eminentium.

Post Macedoniam THESSALIA, multa ferens, & aliis sufficere dicitur. Et habet montem Olimpum, quem Deorum habitaculum Homerus ait.

Post Thessaliam ACHAIÆ GRÆCIE, & LACONICÆ terra, quæ in se habens, non sic aliis, sufficere sibi potest. Nam & ipsa provincia brevis est & montuosa, & non tantum frugifera potest esse: oleum verò

ex pauco generat, & mel Atticum: & magis fama doctrinam & orationum glorificari potest: in aliis enim quamplurimæ non sic. Civitates autem habet has, Corintum & Athenas: Corintum enim civitatem multum in negotio, & habens opus præcipuum Amphitheatri. Atenas verò & historias antiquas, & aliquid dignum nominatum Arcum, ubi multis statuis stantibus mirabile est videre dicendum antiquorum bellum. Licomca verò solo cronico lapide, quem dicunt Lacedæmonium, ornari putat.

Post Achajam est inveniri EPIRI partes, & civitas quæ sic vocatur Etpirus. Provincia verò à quibusdam *Epirus*, à quibusdam Ætolia. Civitas Nicopolis, quæ piscem multum marinum habundat, ut odire speciem videntem aliquantam.

Post hanc superius DALMATIA est: quæ in negotiis eminens esse dicitur. Caseum itaque Dalmatenum & tigna tectis utilia, similiter & ferrum, tres species cum sunt utilia, habundans emittit. Et habet civitatem splendidam Salonam: Dirracium enim propter habitantium malitiam, adō (magis vero ut dicunt) descendit, & non apparuit.

Deinde jam ordine provinciæ, CALABRIA, quæ frumentifera cum sit, habundat in omnibus bonis.

Post hanc BRITTZANTIUM: & ipsa obtima cum sit, negocium emittit vestem byrrum, & vinum multum & obtimum.

Post Brittziam LUCANIA regio obtima, & ipsa omnibus habundans, & lardum multum forâs emittit: propter quod est in montibus, cujus æscam animalium variam.

Post enim CAMPANIA provincia, non valde

quidem magna, divites autem viros possidens, & ipsa sibi sufficiens est, & cellarium Regnante Romo.

Et postea in ITALIAM; quæ & nominata verbo solum, aut in nomine, gloriam suam ostendit, multas & varias civitates habens, & omnibus bonis plena, regitur à providentia. Invenies enim in ipsa Italia vinum multa genera, Picenum, Sabinum, Devortinum, Tuscium (etenim Tuscia adjacet prædictæ provinciæ: cujus formonsitate non post multum narremus.) Italia ergo omnibus habundans, insuper & hoc maximum bonum possidet, civitatem maximam & eminentissimam & Regalem, quæ de nomine virtutem ostendat. & vocatur ROMA: quam ajunt condidisse Romulus puer. Est itaque quam maxima, & edificiis divinis ornata. Quisque enim antefactis *Imperatorum*, aut nunc qui sunt, in eam condere aliquid voluerunt: & singuli eorum opus qualémque in nomine suo facit. Si enim volueris *Antoninum*, opera invenies innumerata: sicut & quæ dicitur *forum Trajanum*, quæ habet Basilicam præcipuam & nominatam. Habet autem & Circenses bene positum, & æramento multo ornatum. Sunt autem in ipsâ Roma & Virgines septem ingenuæ & clarissimæ, quæ sacra Deorum pro salute civitatis, secundum antiquorum morem, perficiunt, & vocantur *Virgines Vestæ*. Similiter & fluvium habet multis notum Tyberim: qui utilis est prædictæ civitati, qui incîdens eam pervenit in mare, & per ipsum omnia quæ veniunt de peregre, ascendent, à decem & octo milia: & sic civitas omnibus bonis habundat. Habet autem & Senatum maximum virorum divitum: Quod si per singulas probare volueris, invenies omnes Judices aut factos aut futuros esse: aut potentes quidem, nolentes autem, propter suorum frui cum securitate velle. Colent autem & Deos ex parte, Jovem & So-

Solem: nec non & Sacramantis Deum perficere dicunt: & Aruſpices ad eos certum eſt. Hanc habes.

Vicina TUSCIA: quæ Tuſcia quamplurimæ hoc à Diis nomen maximum accepit. Unde enim ajunt ab origine inventam eſſe haruſpicia: & quod bonum Deos eſſe dicebant. Nam & ipſa habundans omnibus bonis, & hoc poſſidet maximæ, circa Deos haruſpicia multa: etenim hujus rei certum ad eos eſſe dicitur. Et hæc quidem Romæ & Tuſciæ.

Italiæ verò & aliæ civitates ſunt ſplendidæ, quæ ſic vocantur, Aquileia, & Mediolanum.

Poſt ergò Italiam, quas prætermiſimus civitates dicamus: MYSIAM & DACIAM provincias, ſibi quidem ſufficientes, frigora autem magna habentes; quorum civitas magna *Neſſus* dicitur.

Deinde PANNONIA regio, terra dives in omnibus, fructibus quoque & jumentis & negotiis, ex parte & mancipiis. Et ſemper habitatio *Imperatorum* eſt. Habet autem & civitates maximas, Syrmi quoque & Noricum: unde & veſtis Noricus exire dicitur. Hæc Pannonia regio.

Quæ adjacet trans flumen Dannuvium, gens barbarorum SARMATUM eſt.

Poſt Pannoniam, GALLIAM provinciam: quæ cùm maxima ſit, & *Imperatorem* ſemper eget: hunc ex ſe habet. Sed propter majoris præſentiam, omnia in multitudine habundat, ſed plurima pretii. Civitatem autem maximam dicunt habere, quæ vocatur Triveris: ubi & habitare *Dominus* dicitur: & eſt mediterranea. Similiter autem habet alteram civitatem in omnibus ei adjuvantem, quæ eſt ſuper mare, quam dicunt Arelatum, quæ ab omni mundo negotia accipiens, prædictæ civitati emittit. Omnis autem regio viros habet fortes & nobiles: in bello itaque plu-

plurimum exercitum & fortia Gallorum esse dicuntur: & est in omnibus provincia admirabilis Et habet adjacentem gentem Barbaram GOTHORUM.

Deinde ad Gallia SPANIA, terra lata & maxima, & dives viris doctis, in omnibus negotiis: quorum ex parte dicimus. Oleum enim, & liquamen, & vestem variam, & lardum, & jumenta mittens, omni mundo sufficiens, omnia bona possidens, & præcipua in omnibus bonis. Insuper autem & sparti virtutem omni terræ præstans, videtur quidem necessaria aput multos, quoniam omne navium genus salvat, & per ipsum quamplurimæ omnem negotium videtur: aput multos autem debilis esse videtur. Inde Oceanum esse dicitur, & hujus partem, quæ nemo hominum narrare potest. Sed quid ibi esse potest? Est enim desertum, &, sicut ajunt, est ibi finis mundi.

